

Q. 168. 2 X 197 5056

III

Ve  
687

DOCT. ANDR. MEYERS JOESTAD. MISN.

TRACTATUS NOVUS

DE

INVESTITURA SAXONICA  
IN REBUS ALLODIALIBUS  
IMMOBILIBUS

Novissimâ Lege jam ab hujus Juris moderno summo Defensore  
gloriosoque Statore JOH. GEORG II. ELECT. SAXON. Domino meo  
clementissimo, corroboratus, è suis tam Juris Civilis, quam Saxonici fun-  
damentis erutus, auctoritate Neotericorum Doctorum illustra-  
tus, Præjudiciisvè confirmatus.

Loco Disputationis Inauguralis nuperrimè publico Professorum  
& Candidatorum Examine expositus, jam verò iterum jussu  
& auctoritate Superiorum editus.

*Perlege & judica benignè Fori nostri Saxonici Sectator.*

*Ætate Doctiora expecta.*

Francofurti Marchionum. Apud Erasm. Rösnerum.

M. DC. LXVII.









233

*Serenissimi ELECT. SAX. Moderni*  
**JOHAN. GEORGII II.**  
*Augustissimi Principis*  
**DOMINI MEI CLEMENTISSIMI**  
*DECISIO LXI.*

Anno 1661. cum cæteris publicata.

Ob das Dominium eines verkauften unbeweglichen Gutes nicht eher auff dem Käufer transferiret werde / es sey dann das Gut von dem Verkäufer Gerichtlich aufgelassen / und dem Käufer zugeschrieben ?

**B**ey dieser Frage befinden wir abermalen / daß die Rechts-Lehrer ungleiche Gedanken führen / in dem etliche dahin incliniren / daß vermöge gemeiner Rechte extrajudicialis traditio das dominium oder Eigenthum eines verkauften unbeweglichen Stück Gutes auff den Besizer zu bringen / allerdings gnugsam sey : Andere aber erfordern des Verkäuffers Gerichtliche Aufflassung / und daß darauff solch Gut Käuffern vom Lehn-Herrn zugeschrieben / und er damit hinwiederumb belehnet werde ; Dann ehe er die Güter in Lehn und Würden hat / er für keinen Eigenthums-Herrn zu achten. Nach dem nun Unsere Verordnete die letztere Meinung nicht allein auff bessern Grund / sondern auch in der üblichen observantz befunden : So ist Unser Will und Meinung / daß hinfüro ein extrajudicial-Ubergab und Einräumung eines unbeweglichen Stück Gutes nicht für gnugsam gehalten / sondern auch üblichem Gerichts-Brauch und Art zu reden / die die Lehn auffvorgehende des vorigen Possessoris Aufflassung vermittelst des Lehn-Herrn auff dem Lande und in den Städten / Gerichtlich erlangt. So viel aber die Verzicht über die nicht bezahlten Kauffgelder betrifft / dieselbe daher nicht gezogen / sondern als eine Gerichtliche Quittung / bis zu erfolgter gantzlicher Bezahlung / außgesetzt werden solle. Wäre aber an einem oder anderem Ort ein von Uns oder Unsern in Gott ruhenden hochlöblichen Vorfahren beständiges Statut / darinnen etwas anders versehen / oder auch beständig eingeführte richtige Gewonheit vorhanden / darbey soll es billich verbleiben.

*Bene-*



# Benevolo Lectori

S.

Cum hodiè fermè nulla Provincia, imò Civitas nulla, quæ non sua propria foveat jura Provincialia atque Municipalia sive Statutaria, inibiq; sic Communia Justinianèa & Pontificia devincentia derogantiæque. Itaq; studio juris operam navans à rectâ viâ haud videtur aberrare, si statim & ipse in Academiis communibus legibus ea conjungit jura, quæ Patria, cui omnia debentur, observat propria; ne Jctorum πολυθρονησεν ipse cum pudore demum cogatur audire: *Turpe esse Patricio & Nobili, & causas oranti, jus, in quo versaretur, ignorare. l. 2. §. 43. de O. J.* Quapropter cum Majestatem Juris Saxon: Electoralis omnia Judicia, quæ Saxonico utuntur jure, sic comiter observent, ut, si non auctoritati & sanctioni, ejus tamen æquitati & rationi tribuant plurimum, ego quoque operæ pretium me facturum existimavi, si hanc Investituram novissimâ Lege jam ab hujus Juris moderno summo Defensore gloriosoq; Statore JOH. GEORG. II. ELECT. SAX. quasi postliminio revocata corroboratamvé, è suis tam juris Civilis, quàm Saxonici fundamentis à nemine antea præter me erutam, & nuperrimè ad Doctoralia privilegia & insignia utriusque juris consequenda publico Professorum & Candidatorum examini expositam, Tibi iterum instantiâ Typographi ob defectum paucorum Exemplarium communicem. Veniam autem à TE impetrasse, tum demum certus ero, si bono animo hanc examinaveris; siquidem & inde animam addes, brevi post sequendum *Syndicum Civitatis modernum, nomicè & politicè elaboratum; simul & Μεθοδικίας Patriæ studio maximam in partem conscriptam.* Vale;

*Cum DEO & Die doctiora!*

## Conspectus hujus Tractatus.

- Cap. 1. Prologia unâ cum vocabuli Investituræ & Allodii enodatione exhibet,
- Cap. 2. De Origine hujus Investituræ.
- Cap. 3. De Rebus in quibus Investitura hæc fieri solet.
- Cap. 4. De Personis, quæ Investituram hanc concedunt, & quæ illam recipiunt.
- Cap. 5. De Modo & Solemnitatibus hujus Investituræ.
- Cap. 6. De Effectibus hujus Investituræ.
- Cap. ult. Contraria, sive quando hæc nostra Investitura finitur, exhibet.

Adj.



ADJUTORE MAXIMO  
 TRACTATUS NOVUS  
 DE  
 INVESTITURA SAXONICA  
 IN REBUS ALLODIALIBUS  
 IMMOBILIBUS.

CAPUT PRIMUM

Prologia unà cum vocabuli Investituræ & Allodii enodatione exhibens.

Summaria.

1. Jura Saxonica Communia solâ observantiâ auctoritatem habent. 2. Hujus cognitio non solùm ex verbis, sed usu & observantiâ comparanda. 3. In Foro Saxonico quandoq; jus civile dispositione Saxonica neglectâ prævalet; vel novâ Constitutione confirmatur & mutatur. 4. Investitura Saxonica in rebus allodialibus immobilibus diuturnâ fori observantiâ primùm invaluit. 5. Antea hæc nullo textu probari potuit; at hodiè novâ Decisione Electorali. 6. Hinc Franzkii sententia & adsertio nulla facta. 7. Hujus Investitura frequens & necessaria utilitas. 8. Tituli explicatio. 9. Dominium rei allodialis immobilis de jure Saxonico absq; hæc Investiturâ plenè non acquiri potest. 10. Feudum per successionem constitutum nostris moribus tum demum cum effectu acquiritur, si Investitura insequitur. 11. Investitura vox non à barbarâ Vest derivatur. 12. Sed à verbo latino investire, hoc est, possessionem concedere, confirmare atq; stabilire. 13. Hæc Investitura significat solemnem aliquam juris cujusdam, quod in re conceditur, vel qualitatē, quæ personæ tribuitur, confirmationem atq; collocationem. 14. Vox Allodii origine Gotho-Saxonica est, & dicitur ab all/ omni, & odhe/vel ödhe/ possessione, h. e. omnimodâ proprietate vel possessione propriâ. 15. Bona allodialia sunt nostro in dominio privato quoad dispositionem & administrationem, respectu Jurisdictionis verò simul Superioris. 16. Hoc in tractatu inter bona allodialia immobilia numerantur emphyteutica & censitica. 17. Hujus Investitura descriptio.

A

Jura







Ura nostra Saxo-  
nica Communia potissi-  
mum à solâ observantiâ  
habere auctoritatem,  
nulli Jctorum latere

potest: *Magnif. Dn. Carpzov. p. 3. C. 11. def. 13. num. 10. & part. 3. C. 35. def. 7. n. 2. item part. 2. Decis. 127. num. 16. p. 2. Decis. 181. num. 19. Magnif. Dn. Richter tr. de success. ab intest. in proem. num. 130. Nobil. Dn. Benjam. Zeüber Discurs. Histor. Was von denen dreien bekanten Büchern dem Sachsen-Spiegel / Weichbild und Lehn-Recht zu halten / p. 2. num. 16 & 17. Magnif. Dn. Struve Syntagm. jur. feud. cap. 1. aph. 8. num. 2. DISSENT. noviter Clarif. Dn. Joh. Jacob. Hartmannff. Advocat. Budisfinens. exercitat. 1. pract. qv. nam multa usu & observantiâ introducta sunt, quæ verbis hoc jure expressis neq; conveniunt, neque etiam nondum constituta reperiuntur. \**

Quare fallunt & falluntur illis, qui hujus juris cognitionem solùm ex verbis, non verò simul ex usu & observantiâ sibi comparare student.

\* Atque sic nostris in Foris sæpissimè quibusdam in causis juris communis dispositionem Saxonici neglectâ prævalere; & è contrario quædam secundum jus commune olim decisa, novis Constitutionibus & Decisionibus vel confirmari, vel mutari, vel quandoque plane nova foveri & custodiri, certum est. \*

Hujus in exemplum produci potest nostra Investi-

tura in rebus allodialibus immobili-  
bus, quæ apud nos Saxones diuturnâ  
fori observantiâ ita invaluit, ut si in  
hiscere rebus possessio & dominium  
perfectè atque firmiter transferen-  
dum, à parte alienatoris vel vendi-  
toris abdicatio sive resignatio posses-  
sionis & domini, die Lehn Auflassung / à parte verò emptoris recogni-  
tio, vom Lehn Herrn die Lehn Empfahung  
necessariò coram judice, cujus  
Jurisdictioni res tradenda supposita  
est, accedat. *Coler. part. 1. decis. 16. num. 20. Magnif. Dn. Richter tr. de privileg. Creditor. cap. 2. membr. 1. num. 55. & seqq. \* Hæc nullo textu juris Saxonici antè potuit probari, præter bonorum avitorum in donatione; Magnif. Dn. Franzk. p. m. lib. 2. resolut. 12. attamen ab hæc quotidianâ fori Saxonici observantiâ, de qua tota ferè Jctorum Saxonorum cohors fidem facit, recedendum non esse, monet Jctorum nostrorum Saxonorum Summus Princeps Benedictus Carpzovius, nuper hoc annò diarrhæâ in status tertio Cal. Septembr. integro rationis usu, ætatis 71. annum agens Lipsiæ beatè demortuus in part. 2. Decis. 127. cujus observantiæ monitum quoque Serenissimus Elector Saxonix modernus JOHANN: GEORG: II. Dominus meus clementissimus, hujus juris summus defensor & stabilitor nuper novâ Decisione, quæ numero 61. est, ita corroboravit & confirmavit, ut*

in.

6

7

8

9



in posterum in ferendis sententiis (nisi contrarii Consuetudine sive Statuto à suâ vel Antecessorum suorum Serenitate approbato aliud legitime introductum probetur) Collegia suarum Ditionum hanc strinctè sequantur. *Magnif. Dn. Philippi us. pract. Instit. lib. 2. eclog. 19. num. 6.* \* Hinc corrui & destruitur Magnifici Dni. Franzkii Jcti & Cancellarii Saxo-Gothani quondam eminentissimi sententia, qui *lib. 2. Resolut. 12.* proxime præteritis annis ante Decisiones Electoris Saxoniae novissimè constitutas, hanc nostram Investituram dubiam, imò falsam & nullam reddere conabatur, propterea, quia hæc ipsa nullo textu juris Saxonici probari posset, sed solùm à Glossâ præsertim latinâ *ad lib. 1. Landr. art. 9 lit. a & l. & ad art. 34. eod. lib. lit. a.* excogitata fuerit. \* Hujus igitur observantiae sive Investituræ Saxonicae noviter quasi firmiter stabilitæ & nondum speciatim à quopiam explicatæ frequens & necessaria utilitas me movit, quædam de eâ, licet festinatâ & interruptâ opera, congerere. \* At antequam dicam quid res est, pauca ad meliorem ejus & tituli cognitionem de nomine Investituræ & Allodii præmittenda sunt. \* Et quemadmodum Investitura præcipuus & frequentissimus Feudi acquirendi modus est, *Nobilis. Dn. Svevius Jctus*

*VWitteberg. p. m. exercit. feud. 7. aph. 1. in fin.* imò & nullus nisi Investiturâ Feudum plenè atque cum effectu acquirere potest; *c. un. I. f. 25. II. f. 1. in fin. Jerem. Reüsner. method. jur. feud. disp. 5. th. 22.* ita & rerum allodialium immobilium de jure Saxonico hodiè nemo sine abdicatione & recognitione judiciali ohne Gerichtliche Verzicht/ auch in Lehn und Würdennehmung (vulgò Investitura Saxonica) dominium plenè acquirere potest. *Coler. p. 1. de tis. 16. num. 20. Magnif. Dn. Carpz. p. 1. C. 28. def. 21. num. 4. & p. 2. C. 39. def. 35.* \* Licet & opponi possit, quòd per successionem *in c. un. II. f. 1. in fin. c. un. II. f. 33. in pr.* Feudum quoque acquiri dicatur, id tamen impropriè à Feudista dictum & appositum esse puto, quia Feudum, quod per successionem constitutum est, tunc demum præsertim nostris moribus cum effectu acquiritur, si Investitura insecuta est. *Magnif. Dn. Finckelth. Sen. b. m. disp. feud. 7. th. 1.* \* Nunc de Investituræ vocabulo, & quidem solùm de ejus Etymologia, ubi multi, multa gannunt, Quidam enim hanc vocem barbarâ & non latinam esse dicunt, quos inter est acris & subtilis Jctus Hottomannus, *in libell. de verb. feudal. voc. Investitura.* & germanico nomini West/ quod firmum significet, originem debere; cujus verbum sit Westigen/ id est, firmare, confirmare:



4  
 Nobilis. Dn. Schnobel. *disp. feudal. 5. th. 2.*  
 à quo & titulum **Best / Ehrenst**  
 quasi firmum & retinentem honoris,  
 olim sanctum, jam verò nimis popu-  
 larem, quidam deducere volunt. No-  
 bilis. Dn. Suv. *exercit. feud. 7. aph. 2.*  
 12 \* Quicquid hujus sit; mihi arridet  
 illorum assertio, qui dicunt vocabu-  
 lum Investituræ esse verè latinum, &  
 à purioris Latinitatis Autoribus usur-  
 pari, *add. Cujac. 8. obs. 14. & in com-*  
*ment. ad tit. 3. in pr. lib. 2. feud. ac à verbo*  
*investire, hoc est, possessionem con-*  
*cedere, confirmare atque stabilire, de-*  
*rivari debere. Nam olim in solem-*  
*nibus inaugurationibus solemnibus quis*  
*induebatur veste, propterea etiam*  
*ille, qui inaugurabatur, investitus*  
*vocitabatur, atque sic ipsa Investitu-*  
*ra inauguratio dici sueverat. Vosf. de*  
 14 *vit. serm 3. c. 54.* \* Unde & hodiè sa-  
 tis constat, nobis Investituram sole-  
 mnem aliquam juris cujusdam, quod  
 in re conceditur, vel qualitatis, quæ  
 personæ tribuitur, confirmationem  
 atque collocationem significare.  
 Magnif. Dn. Struve *Syntagm. jur. feud.*  
 15 *cap. 8. aph. 1. in med.* \* Et hæc de In-  
 vestituræ vocabulo sufficient. Pauca  
 æquè nunc de Allodii voce, quæ ori-  
 gine Gotho Saxonica est, uti Johan-  
 nes Loccenius in explicatione pere-  
 grinarum Dictionum juris scribit, &  
 à germanicâ *all* omni, & *odhe* vel *ôdhe*  
 possessione, hoc est, omnimodâ pro-

prietate, vel possessione alicujus pro-  
 prii, dici. Magnus Limneus *ad Cap.*  
*Ferdin. III. Imperator. art. 28. verb. Al-*  
*lodial. Güter. add. Vosf. de vit. Sermon.*  
*lib. 2. c. 2. voc. allodium.* \* Atq; sic bona 16  
 allodialia **Erb. und Eigenthümliche**  
**Güter** plane & ex toto nostrâ in po-  
 testate liberâ, nulliusvè in dominio  
 Dei excepto, quoad dispositionem &  
 administrationem olim erant; (qua-  
 re etiam illa libera ad differentiam  
 bonorum feudalium, emphyteutico-  
 rum & censiticorum dicta, Magnif.  
 Dn. Richter *tr. de privileg. Creditor*  
*cap. 4. sect. 2. num. 13. & 14.*) at hodiè  
 simul in Principum eorumvè Magi-  
 stratum respectu Superioritatis &  
 Jdictionis territorialis. *Andr. Knichen*  
*de superior. territor. cap. 1. num. 11. &*  
*seqq. Magnif. Dn. Struve syntagm. jur.*  
*feud. cap. 2. aph. 11.* \* Quare & nos ho- 17  
 diè in hac tractatione inter bona al-  
 lodialia immobilia comprehendere vo-  
 lumus & emphyteutica & censitica,  
 solis feudalibus exclusis & oppositis,  
 Nunc vagâ nominis Investituræ &  
 Allodii lustratione per paucis attacti,  
 statim res ipsa exprimenda venit.  
 \* Investitura nostra est Investi-  
 tura quædam abusiva juris Sa-  
 xonici, qua Judex alicui in re  
 allodiali immobili plenissimum  
 dominium **Lehn und Würde**  
 confert.

CAPIT



## CAPIT SECUNDUM.

## De Origine hujus investituræ.

## Summaria.

1. **H**omo primum perfectus est creatus. 2. Postea Sathana astutiâ lapsus. 3. Ei post lapsum in statu naturæ quoad actuum moralium necessitudinem quid per se expedire & discernere relictum, quod in communi Jus Naturæ dicitur. 4. Civili societate exortâ jura naturalia demum obcæcari & civilia exoriri cæperunt. 5. Inde primum Jura Gentium. 6. E-  
 q̄ ihus cum Adami divisione rerumq̄ apprehensione dominiorum distinctiones exortæ, quæ postmodum jura civilia Romana confirmârunt. 7. Rerum humanarum dominia vel jure Gentium vel jure Civili adipiscuntur. 8. Horum jurium modi acquirendi recensentur. 9. Res olim cæperant alicujus esse vel in bonis, vel jure Quiritum, unde distincti Dominii Bonitarii & Quiritarii. 10. In bonis dicebantur res esse, si aliquo juris Gentium modo ipse erant acquisitæ. 11. Apud Quirites nemo rerum immobilium dominus plenus è jure Gentium fieri poterat, nisi & secundum jura Quiritum illas sibi in jure cedi & tradi ipse curabat. 12. Jure Quiritum res alicujus in dominio erat, si civili & solemnî ritu quis eam mancipatam, vel in jure cessam, aut saltem usucaptam, & per legem vel judicem adjudicatam habebat. 13. Olim apud Romanos certâ & solemnî formulâ in judicio experiebatur. 14. Si huic formulæ nemo contradicebat, cessio in jure fiebat, quæ communis alienatio erat. 15. Hæc Investitura Saxonica videtur originem è Dominio Bonitario & Quiritario trahere. 16. Dominium Bonitarium absq̄ solemnitate in simplici traditione acquirebatur; Bonitarium & Quiritarium verò dominium habebat quis conjunctim acquisitum, si res simpliciter tradita, aut alio modo juris Gentium acquisita, & jure Quiritum mancipata, vel in jure cessâ & usucapta. 17. In Electoratu Saxonie dominium plenum rerum allodialium immobilium præcessâ causâ vel venditionis vel alius alienationis non transfertur, nisi & insequitur cessio ac resignatio judicialis nostrâq̄ Investituræ.

**P**rimum hominem ita creatum fuisse, ut ejus ratio DEO, ipsique omnes animi facultates, omniaque bona subjecta; Gen. 1. vers. 28. 29. 30. & cap. 9. vers. 2. Magnif. Dn. Strauch. Jctus subtilis. in elegantissimâ Disertat. de imperio maris cap. 1. tb. 7. imò nec animæ obsequium ipsum corpus detrectare pos-

set certo ceterius est. \* Atque sic dubio procul futurum fuerit, ut hæc perfectissima & concreata felicitas simul cum bonorum proprietate ad posteros propagaretur, nisi Sathanæ astutiâ in Protoplastis fermè totam deperditam sciremus. \* Quare statim postea rationem & voluntatem DEO, rationalesque animi facultates,



imò ipsum corpus rationi rebellare  
 cœpère; attamen adhuc quid reman-  
 sit, quod quoad actuum moralium  
 necessitatem homo in statu naturæ,  
 non verò civili societate per se expe-  
 dire, atque sic convenientia & di-  
 sconvenientia voluntati divinæ, nec  
 non honestum à turpi dignoscere  
 queat, nobis in communi Jus Natu-  
 4 ræ dictum, \* Sed cum dein civili-  
 bus societatibus exortis, ipsa homi-  
 num spontaneâ & voluntariâ malitiâ,  
 Sathanæ misero mortalium generi  
 insidiantis vafra fraude, prava edu-  
 catione, publica peccandi consuetu-  
 dine Jus Naturæ planè obcœcari &  
 exulari cœperat, jura quoque civilia,  
 quibus homines socialiter viventes,  
 actiones suas necessariò conformare  
 5 discant, exorta sunt. \* Inde natura-  
 lis ratio suavit, ut primùm commune  
 jus inter omnes gentes propter usum  
 & necessitatem constituatur, Magnif.  
 Dn. Ludwel. p.m. disp. ad Instit. 1. th. 9.  
 quod nobis propriè Jus Gentium, pr.  
 Inst. de J. N. G. & C. l. 1. §. 3. ff. de J. & J.  
 impropriè adhuc Jus Naturæ ap-  
 6 pellitatur. §. 11. Inst. de R. D. \* Hoc  
 è jure distinctio dominiorum pro  
 conservandâ civili societate exorta  
 est; l. 5. ff. de J. & J. add. Nobilis. Dn.  
 Joh. Hanedæsi J. Cti Lugdun. Batav. sub-  
 ril. exercitat. Imperial. 2. quæst. 13. divi-  
 sione tamen Adæ hominumque oc-

cupatione & possessione rerum natu-  
 rali l. 1. §. 1. ff. de A. vel A. P. minimè  
 exclusâ. Nobilis. Dn. Leiser. J. Cti VVit-  
 teberg. in satis laudandâ dissert. de pro-  
 prietat. rer. th. 11. 12. 13. Quæ distinctio  
 postèl jure civili Romano sive Qui-  
 ritario confirmata fuit. Magnif. Dn.  
 Ludwel. disp. ad Inst. 4. th. 5. lit. a. \* Igi- 7  
 tur hodiè omnium rerum quæ hu-  
 mani, non vero divini juris sunt l. 1. ff.  
 de R. D. dominia à duplici causa effici-  
 ente nimirū à Jure Gentium & à Jure  
 Civili peti & acquiri posse, certum est.  
 l. 1. ff. de A. R. D. \* Jure Gentium quidè, 8  
 quod vetustius est jure civili, §. 11. Inst.  
 de R. D. Occupatione, prædatione  
 bellica. accessione & traditione: Ci-  
 vili vero vel singulatim, vel per uni-  
 versitatem, quia civile jus semper  
 aliquid invenit amplius, quod jure  
 gentium receptum non est: l. 6. ff. de  
 J. & J. singulatim usucapione & do-  
 natione: per universitatem hæredi-  
 tatis aditione, bonorum possessionis  
 petitione, arrogatione & additione  
 bonorum libertatum conservanda-  
 rum causa; Magnif. Dn. Ludwel. disp.  
 ad Inst. 5. th. 6. 7. 8. 9. & 10. Magnif.  
 Dn. Joh. Strauch. Dissert. Justin. 9.  
 aph. 1. reliqui duo modi bonorum,  
 venditio, & ex S. Cto Claudiano, pro-  
 pter varias ambages unâ cum ordi-  
 nariis judiciis sublati sunt. tot. tit.  
 Inst. de success. sublat. ubi Dn. Ludwel.  
 & Dn.



7  
 8  
 9  
 10  
 11  
 12  
 13  
 & Dn. Vinn. l. un. C. de Sct. Claudian. ubi late & accurate Magnif. Dn. VVissenbach. J Consultus Fris. & Magnif. Dn. Brunnemann. J Ctus Francosurt. \* Hinc olim coeperant res dici alicujus esse vel in bonis, vel jure Quiritum. \* In bonis dicebantur esse, quando aliquo juris gentium modo, scilicet occupatione, praedatione bellica accessione, aliaque simplici traditione, traditione res erant acquisitae, sed nondum jure civili mancipatae, hoc est, sine certa solemnitate, certisque verbis formalibus, libripende & quinque testibus praesentibus nondum traditae, Magnif. Dn. Struve Syntagm. jur. civil. exercit. 43. th. 8. in fin. neque etiam in jure cessae & usucaptae: quarum possessores Dominium Bonitarium & Naturale habere dicebantur. Theophil. ad tit. Inst. de Libertin. \* Atque sic hoc e jure Gentium nemo etiam rerum immobilium plene fieri poterat Dominus, nisi & ipse secundum jura Quiritum illas in jure cessas & traditas habebat. \* Jure igitur civili sive Quiritum res alicujus in dominio erat, quando civili & solemniritu quis eam mancipatam, vel in jure cessam, aut saltem usucaptam, & per legem vel judicem adjudicatam habebat: Magnif. Dn. VVissenbach. ad l. un. C. de nud jur. Quirit. tollen. Colleg. Jurid. Argentor. tit. de A. R. D. num. 5 qui Dominus Quiritarius dictus, \* Olim namque apud Ro-

manos certa & solenni formula experiebatur in judicio; & quidem in personalibus haec formula ferè usurpabatur: ajo te mihi dare vel facere oportere: formula vindicationis erat, qua utebatur actor rem tangens: hanc ego rem jure Quiritum meam esse ajo. \* Si nemo contradicebat, cessio in jure fieri dicebatur, quae communis alienatio erat, & mancipi rerum & nec mancipi, ac fiebat per tres personas, nimirum in jure dicentis, vindicantis & addicentis, Briffon de V S. Donell. 4. comment. 19. 11. comment 19. \* Sed egone errarem! si dicerem, nostram Investituram Saxoniam in rebus allodialibus immobilibus originem ex hoc veteri Dominio Bonitario & Quiritario trahere? Puto quod non: quemadmodum enim olim ante Justiniani Imperatoris tempora rerum immobilium dominium plenum non nisi per cessionem in jure, sive per mancipationem & alium nexum acquirebatur, atque sic Bonitario Dominio conjungebatur & Quiritarium; \* (Nam si res simpliciter sine illa solemnitate cessionis tradebatur, bonitarium dominium tantum transibat; at ille, qui rem simpliciter traditam aut alio modo juris Gentium acquisitam, & jure Quiritum mancipatam, vel in jure cessam & usucaptam, ac ita utrumque dominium & Bonitarium & Qui-



& Quiritarium conjunctim habebat, plenus Dominus dicebatur. Magnif. Dn. Biccus Jctus Argent. in au-  
 17 reis. sect. 3. th. 8. num. 3. lit. c.) \* Ita & nostro in Electoratu Saxoniae dominium plenum rerum allodialium immobilium praecessa causa vel venditionis vel alius alienationis non transfertur, nisi & in sequitur cessio

ac resignatio judicialis nostraque Investitura das das Unbewegliche Gut Gerichtlichen aufgelassen/ den andern zugeschrieben und in Lehn gegeben werde. Decif. Elect. Sax. nov. 61. add. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 39. def. ult. & lib. 1. Resp. 102. num. 7. & seqq. & lib. 5. Resp. 40. num. 13. & Resp. 41. num. 7.

### CAPUT TERTIUM

## De Rebus in quibus Investitura hæc fieri solet.

### Summaria.

1. **R**es feudalis, allodiali opponitur. 2. Res allidiales seu patrimoniales immobiles hæc Investiturâ in plenâ dominii translatione egent. 3. Allodiales immobiles sunt res soli & solo coherentes. 4. Soli sunt ipse fundus sive solum & ager, metalli fodinae & cuniculi. 5. Metalli fodinae & nunc in patrimonio privatorum sunt, si à Superiore legitime concessæ. 6. Olim metalla è propriis terris eruere licitum, 7. Hodie interdictum, & proprium patrimonium Imperatoris, interq; jura Majestatis referuntur. 8. Tam ampli tamq; magni sumptus in metallis investigandis requiruntur. 9. Reipublicæ interest, ut metalla eruantur. 10. Olim Imperatores Romani jus circa metalla sibi solis in Imperio attribuerunt. 11. Hodie simul Electoribus. 12. Non verò reliquis omnibus Statibus Imperii. 13. Nullus privatus absq; Superioris concessione metalla aliq; mineralia etiam in fundo proprio effodere potest. 14. De omnibus Feudi utilitatibus investitus in Electoratu Saxonico metalla tam pura, quam impura, unâ cum aliis mineralibus & venis lapidum pretiosorum usq; ad vitriolum & alumen inclusivè effodere nequit. 15. Gipsus, fodinae carbonariae, lapidicinae & calcis fodinae verò à fundi domino sine Superioris concessione. 16. Partes fodinae vel cuniculi inter res immobiles referuntur. 17. Res allodiales immobiles solo coherentes sunt vel naturaliter, vel civiliter sive fictione juris tales. 18. NATURALITER, fructus naturales adhuc fundo adherentes, sylva, Gramina. 19. Pascua. 20. Quæ pascua duplicia, vel publica vel privata. 21. Ad certum pecudum numerum ratione prædiorum, vel genus, vel tempus, restricta. 22. Ratione prædii, quot pecora vel consuetudine, vel judicis arbitrio per hyemem de suo prædio quis alere potest, quod genus non licet mutare. 23. Quando fruges collectæ, & quidem in præ-



tis verno tempore plerumq; usq; ad diem Georgi, tempore vero autumnali, quando fœnum de-  
 sectum & collectum. 24. ARTIFICIALITER res per se & sua natura mobiles, immobilibus vel  
 per inædificationem, impositionem & affixionem, vel per sationem, implantationem &  
 infosionem accedentes, immobiles sunt. 25. Per ædificationem ædificia cum suis tegulis aliisq;  
 rebus diu adherendo impositis, quales sunt horologia & statua adibus affixa, subsellia Templi,  
 pluresq; alia similes res. 26. Item mola aquatiles & navales, nec non pneumatica. 27. Deniq;  
 torcular sive presorium domui affixum. 28. Per sationem, implantationem & infosionem res  
 mobiles immobilibus accedentes, immobiles sunt, quales sunt frumenta & semina in agris,  
 nec non & plantæ ac fructus pendentes. 29. Civiliter sive jurisdictione pro immobilibus ha-  
 bentur res vel corporales mobiles, vel incorporales, & quidem corporales mobiles immobili-  
 bus ita accedentes, ut perpetui usus gratiâ illis inseruiant. 30. Hinc animalia tam rationa-  
 lia, quam irrationalia, aliq; instrumenta ad fundi sive prædii instructionem destinata im-  
 mobilium nomine veniunt. 31. Quod & de doliis vini ob magnitudinem difficillimè mobili-  
 bus, abenis domui affixis, publicorum diversorum lectis aliisq; suppellectilibus, piscibus  
 in piscinis & vivariis generationis & perpetui usus gratiâ reservatis & destinatis adseren-  
 dum. 32. Hæ dictæ res omnes, licet suâ naturâ mobiles, immobili ut principali accessæ,  
 immobiles sunt, nostramve Investituram in dominii translatione desiderant. 33. Sola Pa-  
 trisfamilias destinatio non efficit, ut res suâ naturâ mobilis, immobilis fiat, sed simul vel  
 diuturni usus duratio, vel difficilis separatio, vel legis adfidentia accedat. 34. Res incorpo-  
 rales saltem immobilibus annumerantur, quæ illis inhereant rationeq; earundem nobis  
 competunt, quales sunt actiones & nomina ratione immobilium competentes. 35. Item,  
 Fidei, annui redditus. 36. Servitutes & similes. 37. Quædam res singulatim nostræ non sunt,  
 & extra patrimonium nostrum, quales sunt communes, publicæ, universitatis & nullius. 38. Com-  
 munes proprietate nullius sunt in bonis, usu tamen & conditione acquirendi ad omnes pertinet,  
 quæ recensentur. 39. Et inter inalienabiles numerantur, merito nostræ Investitura in illis nullū  
 locum habet. 40. Res immobiles licet religiosæ sunt etiam inalienabiles, propterea nostræ Investi-  
 tura in illis exulare videtur, nisi in earum alienatione cautio intercedat. 41. Publicæ res  
 regulariter sunt inalienabiles, quæ recensentur. 42. Et cum Communibus hodiè Regalibus  
 annumerantur, imò & feudalium rerum naturam sequuntur. 43. Universitatis res quæ-  
 nam sint recensetur. 44. Quæ ob publicam utilitatem & necessitatem alienari possunt  
 mediante nostrâ Investiturâ. 45. In Civitatibus Aristocraticis à solis Consulibus & Sena-  
 toribus. 46. In Democraticis simul constitutorum Tribuum sive Tribunorum plebis consensu  
 adhibito. 47. Nullius res neq; usu, neq; proprietatis respectu in commercio hominum sunt.  
 48. Rerum sacrarum nec non Ecclesiasticarum alienatio, obligatio & oppignoratio regu-  
 lariter jure est prohibita. 49. Nisi egregia pietas, inevitabilis necessitas, aut ingens, eaq;  
 manifesta utilitas alienationem siveadeat. 50. Res Ecclesiasticæ subtiliter discerni possunt.  
 51. Res Religiosæ quænam sint ostenditur. 52. Jura Episcopalia Principibus secularibus  
 hodiè competunt. 53. In Consistoriis expediuntur negotia Ecclesiastica & Spiritualia.  
 54. Totius Dioceseos, etiam de Cœmeteriis. 55. Jus sepeliendi à Magistratu politico in no-  
 stris Ecclesiis debet impetrari, ubi peculiare observatum Lipsiæ. 56. Sanctæ res quænam  
 sint affertur.

B

Quia



**Q**uia vocabulum Rei generale est; *l. 1. in fin ff. de R.C.* itaque & res pro subjectâ materiâ considerari debet. Quemadmodum rei immobili feudali, allodialis immobilis, in quâ plenum dominium quis habet, opponitur, *Magnif. Dn. Struv syntagm. jur. feud. cap. 2. aph. 11.* Feudumque regulariter non nisi in rebus soli aut solo coherentibus, aut in iis, quæ inter immobiles connumerantur, constitui potest; *c. un. in fin. II. f. 1. Magnif. Dn. Struv. d. synt jur feud. cap. 6. aph. 1.* \* Ita & in nostram Investiturâ non nisi res allodiales seu patrimoniales immobiles, aut eæ mobiles, quæ inter immobiles numerantur, veniunt referendæ. *Decis. Elect. Sax. 61. add. Nobilus. Dn Andr. Keiter / tr. de alienat. par. 1. cap. 6. sect. 11. num. 4. & 5.* \* RES itaq; allodiales sive patrimoniales IMMOBILES, quæ regulariter nostrâ Investiturâ in plenâ dominii translatione opus habent, melioris doctrinæ gratiâ in RES SOLI & SOLO COHÆRENTES dispescere placet. \* RES allodialis sive patrimonialis immobilis SOLI est (1). metalli fodinæ & cuniculi, die Schächte und Stöllen / scilicet loca, ex quibus metalla aliâq; mineralia effodiuntur. \* De hisce in genere, præsertim amore Patriæ, breviter annotare placet, dicendo, quòd hæc fodinæ & nunc in patrimo-

nio privatorum sint, si illæ à Superioris Domini territorialis Magistratu legitimè concessæ wann sie vom Bergk. Ampt gemuhtet vnd verliehen / auch in Lehn behalten werden \* Licet olim nulli interdictum fuerit metalla è propriis terris eruere, sicque metallifodinas & cuniculos exstruere & agere, auff sein n eigenen Grund und Bod n Schächte fünden und Stöllen treiben / \* interim tamen quia metalla peculiare quid, interque pretiosa terrarum (Landes Schatz) habentur, cœpit primùm canon de illis Imperatori præstari; *l. 17. in fin. ff. de V. S. l. 2. & 3. C. de metallar* deinde successu temporis ipsa proprium patrimonium Imperatoris facta, sicque adhuc hodiè inter jura Majestatis relata. \* Cujus fortè hæc dari posset ratio, quòd tam ampli, tàmque magni sumptus, quibus privatus sufficere nequeat, in metallis investigandis requirantur; \* Reipublicæ verò interfit, ut ea eruantur, & ita Imperator potestatem habeat, ut, si privatus dominus in effodiendis & extrahendis metallis suo è fundo negligens sit, ea suis sumptibus quærere. *Arnise. de jur. Majest. lib 3. cap. 5. num. 5.* \* Quanquam olim Imperatores Romani soli sibi hoc jus in Imperio vindicaverint. *Goldast. tom. 3. Const. Imp. pag. mibi 363.* ipsiq; Electores decimam partem Imperatori dare soliti fuerint:

11

12

13

14



fuerint: *Magnif. Dn. Limna. de jur. publ. lib. 3 cap 2 num. 11.* \* Attamen hoc Carolus IV. Imperator Romano-Germanicus in Aur. Bull cap. 9. relaxavit. & solis Electoribus plenissimum metallifodinarum usum simul concessit; \* Non autem reliquis omnibus Statibus & Principibus Imperii, qui specialiter hoc jus sibi petere & impetrare debent. *Arumæ. ad Aur. Bull. cap 9. th. 5. pag. m. 214. Nobilif. Dn. Speidel. in Specul observat. verb. Erg. Gruben. §. ult. pag. m. 295.* \* Unde hodie nulli hominum in Imperio nostro jus erit effodere metalla aliaque mineralia, etiam in fundo proprio, absque Superioris Domini territorialis Magistratus concessione qui vel Imperatoris vel Electoris, aut alius status Imperii esse potest, es muß in Käyserl. Churfürstl. oder andern Reichs. Stands Berg. Ampt g. muh. tet und auffgenommen / auch in Lehr gehalten werden. \* Quare nec Nobili aliiq; privato etiam de omnibus Feudi utilitatibus investito nostro in Electoratu Saxonico absque speciali Electoris concessione & solutione decimarum, nulla metalla tam pura, quam impura, unâ cum aliis mineralibus & venis lapidum pretiosorum, gemmarum ac marmorum, cæterorumque fossilium ferri Eisen Steinen, usque ad vitriolum & alumen inclusivè fodere licet; *Afflict. decis.*

321. num. 10. vers. *argentariae. Rauchbar. part. 1. quest. 22. Knichen. de Sax. non provoc. jur. voc. Berg und Saltzwerck.* \* quibus tamen minimè annumerari debent gipsus, fodinæ carbonariæ *Stein. Kohlen / lapidicinæ & calcis fodinæ,* quæ ad fundi dominum non verò Superiorem territorii pertinent, *Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 53. def. 1. 2. & 3. Vvehner. Observ. pract. voc. Gips / Stein. Kohlen.* \* Cæterum & hic notandum, quòd partes fodinæ vel cuniculi *die Ruckse oder Berck. theile / non verò proventus die Außbeute* ex partibus metallicis percepti, immobilibus annumerentur; *Const. Elect. 25. part. 3. in pr. verb. und also auch die partes metallice unter unbewegliche Güter zu rechnen / ibiq; Magnif. Dn. Carpzov. def. 1. & 2. Berlich. part. 3. concl. 35. num. 7.* atque sic in illarum & hætenus dictarum fodinarum alienatione nostram Investituram coram competente iudice adhibendam esse, nemo negabit. \* Et hæc de rebus allodialibus soli immobilibus: sequuntur nunc SOLO COHÆRENTES, quæ vel NATURALITER, vel ARTIFICIALITER, vel CIVILITER SIVE JURIS FICTIONE tales sunt. \* NATURALITER solo cohærentes res immobiles allodiales sunt fructus naturales qui suprâ terram nascuntur, eæque adhuc adhærent, & pars fundi esse videntur. *l. 44. ff. de R. V.*



19 quales sunt (1) sylvæ sive arbores in solo sive fundo radicatae: (2) Gramina, quibus utimur ad pascenda pecora, quæ in pratis, rure, montibus & sylvis nascuntur. \* Quamquam jure naturæ quodlibet pascuū liberum; distinctione tamen dominorum in secutâ termini & pascuis cœperunt poni: nam cum situs, usus & commoditas rerum jam distinctarum desideraverant fundorum aut vicinarum ædium obsequium, servitutes introducebantur reales, ad quas suo modo referri potest jus pascendi, §. 2. *Inst. de S. R. & U. P.* quando quis in alienis agris, pratis & sylvis, facultatem habet pascendi pecora. *Const. Elect. 41. part. 2. ibiq; Magnif. Dn. Carpzov. in definitionibus.* \*  
 20 Sunt autem pascua duplicia, vel publica, quæ in sylvis vel fundis communibus singulis de universitate sua pecore pasci licita sunt, *P. G. Tholos. syntagm. jur. univers. lib. 3. cap. 15. n. 15.* vel privata, quæ in privatorum fundis privato jure competunt, *tot. tit. C. de pascuis.* \* De quo jure pascendi adhuc obiter addendum, quod illud interdum vel ad certum pecudum numerum ratione prædiorum habitâ, vel ad certum genus, vel ad  
 22 certum tempus, restrictum sit. \* Non enim cuilibet tot pecudes habere, & in pascuis communibus pascere licet, quot ei visæ sunt, sed quot ratione

prædiorum, vel consuetudine, vel judicis arbitrio, *Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 41. def. 6. num. 5.* per hyemem de suo prædio alere potest: hinc qui jus certum genus pecudum, scilicet ovium pascendi habet, illi non conceditur simul boves & vaccas ibi pascere, & cui vaccas aliquo in fundo pascere concessum, non licitum est simul equos, sues, hedos, oves capras & similia animalia ibi pascere. & sic generis constitutionem mutare; quod si verò quis simpliciter jus pascendi *Hued. W. 90. Trist. und Trac* habet, omnis generis animalia, secundum communem *Dd.* opinionem pascere potest, *arg. l. 23. ff. de S. P. U. l. 13. §. ult. ff. de S. P. R. l. 7. ff. commun. prædiori.* \* Denique etiam quis ad  
 23 certum tempus jus pascendi habere potest; nam si in pratis & agris privatis herbæ & fruges virescunt, fœnumque excrescit *wann die Felder verschlossen* / nemini licebit jus pascendi inibi exercere; si verò fruges sunt collectæ *wann die Felder offen* / tunc certo tempore secundum cujusque loci consuetudinem pascere licebit, & quidem in pratis verno tempore plerumque usque ad diem Georgii, tempore verò autumnali, quando fœnum fuit defectum frugesque collectæ. *Tusch. tom. 6. pract. concl. 112. num. 5. & 7. lit. p. Berlich. part. 2. decis. 201. add. Magnif. Dn. Christoph.*



Stoph. Pinckeri Jcti. Consilarii Elect. Sax. ab Appellat. & Lips. Reip. Consulis inauguralem de Pascuis, satis accurate hæc omnia edocentem. \* ARTIFICIALITER

24 res per se & suâ naturâ mobiles, immobilibus vel per inædificationem, impositionem & affixionem, vel per factionem, implantationem & infossionem accedentes, suam naturam quasi amittere, & principalis immobilis sequi videntur. \* Nam res mobiles

25 per inædificationem, impositionem & affixionem ob diuturnitatem immobili & solo accedentes, solo cedere, eique cohærere dicuntur, l. 7. §. 10. ff. de A. R. D. l. 7. §. 10. l. 9. §. 2. l. 10. ff. quod vi aut clam. ut sunt ædificia tam urbana quàm rustica cum suis regulis. l. 18. §. 1. ff. de act. empt. aliisque rebus diu adhærendo impositis was Erd und Nagel fest ist, quales etiam sunt horologia & statuæ ædibus affixæ, l. 9. §. 2. ff. quod vi aut clam. subsellia Templi Magnif. Dn. Hahn. Jctus Helmestad. in Observ. ad Wesenb. pag. 7. ff. de R. D. num. 4. ad verb. nisi per interpretationem. pag. m. 201. in med. add. Magnif. Dn. Carpz. p. 3. C. 18. def. 30. pluresque aliæ similes res. \*

26 Item molæ aquatiles (Wasser, Mühlen) in terrâ vel ripis fluminum inædificatæ, & navales (Schiff, Mühlen) aquis supernatantes, funibus aliisq; mediis firmiter terræ alligatæ, an Brücken, Pfählen oder Andern auff

den Wassern fest gemachet; Magnif. Dn. Struv. syntagm. jur. feud. cap. 6. aph. 11. num 6. nec non pneumaticæ, (Wind, Mühlen) quæ ventis agitantur, & eâ intentione tratibus & tignis transversariis ædificatæ, ut perpetuò maneant immotæ. Hering. tr. de molend. quæst. 8. Magnif. Dn. Finckelth. Sen. obs. 26. num. 18. & seq. Magnif. Dn. Strauch. Disf. Justin. 7. aph. 1. \* Deniq; & torcular sive pressorium, si domui est affixum, pro re immobili habetur; arg l. 21. ff. de instruct. & instrum. legat. Hering. d. tr. de molend. quæst. 8. num. 41. ibique Dd. alleg. secus si adhuc sit effigendum. l. 17. §. 10. l. 18. §. 1. ff. de act. empt. vend. DISSENT: Magnif. Dn. Carpz. p. 3. C. 24. def. 8. qui navales & pneumaticas molas unâ cum pressorio inter res mobiles numerat. \* Per sationem, implantationem & infossionem res mobiles immobilibus accedentes, immobilium naturam induere videntur: nam ut ædificia, ita & frumenta & semina in agris, nec non & plantæ ac fructus pendentes solo cedunt. l. 7. §. 13. ff. de A. R. D. Das Getreidtz und andere Früchte des Erdreichs/ alldieweil die dem Erdreich ungeledigt anhangen/ auch das Obst/ weil es auff den Bäumen/ und die Weintrauben/ weil die an den Stöcken stehen/ werden nicht für fahrende Haab/ sondern für einen Anhang und Zugehörung des Grundes und Bodens gehalten; Wenn es aber davon kömpt und geledigt ist/ so wird es für ein fahrende Haab geacht und verstande.



Dn. VVehner. Obs. pract. verb. Bewegli-  
 29 che Güter. \* CIVILITER SIVE JURIS  
 FICTIONE pro immobilibus habentur  
 res vel CORPORALES MOBILES, vel  
 INCORPORALES. RES CORPORALES  
 mobiles immobilibus ita accedentes,  
 ut perpetui usus gratiâ illis inservi-  
 ant, adeoq; civiliter loquendo non  
 commodè separari, sed conjunctim  
 cum re immobili, ad quam pertinent,  
 transire necesse habent, inter immo-  
 biles referri debent, l. 13. §. ult. l. 17.  
 §. 7. ff. de act. empt. vend. l. 242. §. ult.  
 ff. de V. S. add. Magnif. Dn. Mevium ad  
 Jus Lubecens. quest. prelim. 6. num. 20.  
 & 21. & lib. 3. tit. 5. art. 5. Magnif. Dn.  
 Franzk. tr. de laudem cap. 16. num. 384.  
 Magnif. Dn. Struv. synt. jur. feud. cap. 6.  
 aph. 12. & syntagm. jur. civil. exercit. 3.  
 th. 84. quia res immobiles à mobili-  
 bus diuturnitate durationis discer-  
 nendæ sunt. Magnif. Dn. Carpz. p. 3.  
 30 C. 24. def. 1. num. 8. & 9. \* Hinc inter-  
 dum animalia tam rationalia, ut sunt  
 servi adscriptitii, Nov. 7. in prefat. vers.  
 vult enim. verb. aut mancipia rustica.  
 quàm irrationalia, ut sunt equi, bo-  
 ves, oves, vaccæ, porci, capræ, anse-  
 res, anates, gallinæ, aliaque instru-  
 menta, quæ ad fundi sive prædii in-  
 structionem ob consuetudinem, sta-  
 tutum & pactionem pertinent, im-  
 mobilium nomine venire scimus, si  
 alicui cum fundo sive prædio eâ lege  
 & conditione dantur, ut ei perpetuò

inhæreant; quare & in ejus muta-  
 tione emigrationeque tot capita re-  
 linqui debent, quot accepta. Dn.  
 VVesner. observ. pract. voc. Eisen Vieh.  
 Quod & item de doliis vini ob ma-  
 gnitudinem difficillimè mobilibus, 31  
 l. 3. §. 1. ff. de tritit. vin. & ol. leg. ahe-  
 nis domui affixis: Stam. de Servitut.  
 person. lib. 1. t. 1. cap. 3. num. 22. add. Ma-  
 gnif. Dn. Carpz. p. 3. C. 31. def. 6. pub-  
 licorum diversorum lectis aliisq;  
 suppellectilibus: Heig. part. 2. quest. 15  
 num. 25. & seqq. Berlich. part. 3. concl. 30.  
 num. 23. DISSENT Magnif. Dn. Carpz.  
 p. 3. C. 24. def. 10. piscibus in piscinis  
 & vivariis generationis & perpetui  
 usus, arg. l. 62. §. 1. ff. de usufr. Bocer.  
 class. 4. disp. 1. non verò custodiæ gra-  
 tiâ reservatis & destinatis adserendū.  
 Magnif. Dn. Strauch. Diss. Justin. 7.  
 aph. 1. ubi de avibus & feris hoc etiam af-  
 firmat. add. Colleg. Jur. Argent. tit. de  
 R. D. th. 55 \* Quæ res omnes, licet suâ 32  
 naturâ mobiles, immobili ut princi-  
 pali accessiæ, naturam quasi mutare  
 videntur, & simul cum principali re  
 immobili pari passu transire, no-  
 stramque Investituram earum in alicui  
 natione accedere debere, nemo non  
 videt. \* At de hisce rebus mobili- 33  
 bus superaddi meretur, quòd sola Pa-  
 trisfamilias destinatio non efficere  
 possit, ut res sua natura mobilis, im-  
 mobilis fiat; arg. l. 17. §. 10. & 11. ff. de  
 act. empt. Magnif. Dn. Finckelth. Sen.  
 disp.



disp. feud. 3. th. 10. lit. b. Berlich. part. 3. concl. 30. num. 4. ubi de pecunia prædiorum emptioni destinata hoc negatur, Magnif. Dn. Lauterbach Jctus Tubing. concl. forens. exercitat. 4. th. 13. sed ut etiam simul vel diuturni usus duratio, vel difficilis separatio, vel quod primo loco nominari debebat, legis adfistentia adsit, necesse est. \* RES INCORPORALES sua natura quidem, neque mobiles neque immobiles sunt, sed tertiam & separatam quandam speciem constituunt; tot. tit. Inst. de reb. corp. Magnif. Dn. Struv. synt. jur. civil. exercit. 3. th. 86. in fin. attamen necessitate quadam & tenore sermonis ita urgente, civiliter sive fictione juris immobilibus eæ æquiparantur, quæ illis in hærent, rationeque earundem nobis competunt: Magnif. Dn. Struv. synt. jur. feud. cap. 6. aph. 13. Quales sunt actiones & nominatione immobilium competentes Gail. 2. obs. 11. num. 9. Berlich. part. 3. concl. 3. num. 8. Magnif. Dn. Carpz. p. 1 C. 5. def. 16. & 17. it. p. 3. C. 23. def. 8. num. 8. \* Item Jdictio, annui redditus, servitutes & similes. l. 14. in pr. C. de SS. Eccles. Clem. inivi. vers. cumq; annui redditus. de V. S. add. Magnif. Dn. Ludwel. exercit. Inst. 5. th. 1. lit. c. Nobilif. Dn. Rennemann. Jurisprud. Roman. Germ. membr. 2. disp. 1. th. 29. Berlich. part. 3. concl. 34. Magnif. Dn. Carpz. p. 3. C. 24. def. 1. num. 10. 11. 12. & 13. Magnif. Dn.

Struv. synt. jur. civil. exercit. 3. th. 86. \* Licet servitutes neque ex bonis, neque extrâ bona nostra esse videantur, si illæ simpliciter sine subjecto per se considerentur, prout sint qualitates sive accidentia, §. 3. Inst. de servit. præd. l. 86. ff. de usu & usufr. legat. interim tamen latiori verborum ambitu illud omne dicitur in bonis nostris esse, cujus nomine possidentes Exceptionem; amittentes Actiones habemus: l. 52. ff. de A. R. D. jam verò servitutum nomine nobis competunt Actiones, scilicet Confessoria & Negatoria; l. 2. in pr. ff. si servit. vind. l. 49 ff. de V. S. §. 2. Inst. de act. ergò & illæ sunt in bonis vel patrimonio nostro, add. Nobilif. Dn. Joh. Hanedæfii exercitat. Imperial. 7. quæst. 2. Magnif. Dn. Ludwel. exercit. Inst. 4. th. 1. lit. d. Magnif. Dn. VVissenbach. part. post. ad ff. disp. 4. th. 7. sicque fictione juris rebus immobilibus in hærentes, immobilibus annumerandæ, Gail. 2. obs. 11. n. 11. & illarum in alienatione nostra Investitura adhibenda sit, nemo inficias ibit. \* Sed antequam hinc abeā, quædam quasi coronidis loco addere lubet de rebus quæ singulatim nostræ non sunt, & extrâ patrimonium nostrum esse dicuntur, quales sunt Res Communes, Publicæ, Universitatis & Nullius. \* COMMUNES proprietate nullius sunt in bonis, usu tamen & conditione acquirendi ad omnes



omnes pertinent, l. 30. in fin. ff. de A. R. D. l. 51. ff. de contrah. empt. quales sunt aër, ipsa aqua profluens, §. 1. Inst. de R. D. non aqua stagni & pluviae, aut quæ ex fontibus privatis fluit, quæ privata est & propria, l. 4. l. 6. C. de servit. & aqua. nostraque Investitura  
 39 opus habet, si alienatur. \* Hæ res communes, quia inter inalienabiles numerantur. æquè nostra Investitura  
 40 in illis locum habere nequit. \* Hic incidentur quærere liceat de rebus immobilibus litigiosis, an & illæ alienari, sicque nostra Investitura in illis locum habere possit? Quod utrumque facile negandum, cum illæ adhuc sint in lite, hoc est, disceptatione forensi, ab illis, ad quos ea lis pertinet, propterea alienari non posse, Magnif. Dn. Carpz p. 1. C. 32. def. 22. Nobilis. Dn. Reiter, tr. de alienat. cap. 17 per tot. nostramque Investituram hic cessare, nemo non videt, nisi in illarum alienatione cautio intercedat  
 41 \* PUBLICÆ res [quæ ratione usus quidem communes, proprietatis verò intuitu ad certum aliquem populum pertinent,] regulariter non possunt alienari, l. 6. pr. ff. de contr. empt. quales sunt flumina perennia & navigabilia, Schiffreiche und Lasttragende Flüsse / l. 1. §. 3. ff. de flum. & ne quid in flum. publ. unà cum jure piscandi & navigandi in illis: Vultej. lib. 1. feud. cap. 15. §. flumina publica na-

vigabilia Item portus, id est, stationes securæ navium, die Haafen / See. Haafen / Anfuhrten / l. 59. ff. de V. S. viæ publicæ, die Heer, Wege / Heer. Strassen l. 2. §. 3 & 21. ff. ne quid in loc. publ. fiet. novus alveus, ein neuer Strom, Fluß / l. 7. § 5. pr. ff. de A. R. D. insula mobilis flumini innatans, leni aliqua materia sustentata, ein Stück mitten im Flusse zusammen gewachsenes Erdreich / so nicht grundfest ist / l. 65. §. 2. ff. d. t. riparum usus, §. 4. Inst. de R. D. ibiq; Vultej. quia alioquin fluminis sine ripa, aut nullus aut certè incommodus planè esset usus; proprietas verò riparum est privata sive singulorum, quia flumina alveos suos ripasque ex privatorum agris adjacentibus detraxisse existimantur, adeò ut istæ non fluminum, sed agrorum partes intelligantur; atque sic in istarum alienatione nostra Investitura erit adhibenda. \* Sed hæ & quæ sunt aliæ publicæ res unà  
 42 cum Communibus hodiè Regalibus annumerantur, imò & feudalium rerum naturam sequuntur, quod si quædam à Superiore ex singulari gratiâ alicui concessæ, literis Investituræ solemnibus in Aulâ seu Judicio supremo conceptis debent probari. \* UNIVERSITATIS res sunt, quæ in  
 43 universum ad certam aliquam civitatem, pagum vel vicum, non pro parte ad singulos cives vel rusticos vel



vel etiam incolas spectant, ita tamen, ut singulorum (qui de Universitate ista sunt) usibus illæ inserviant, §. 6. *Inst. de R. D. l. 6. §. 1. ff. eod.* quales sunt forum, curia, scholæ, balnea publica aliq; ædificia publico usui destinata, item pascua & agri qui in civitatem veniunt, *l. 16. ff. de A. R. D. &* hisce similes plures. §. 6. *Inst. de R. D.* \* Licet hæ res non facile alienari debeant, tamen si publica utilitas & necessitas alienationem svadeat, licitè ab illis, qui universitatem repræsentant, mediante nostrâ Investiturâ hæ alienantur; *l. ult. C. de vendend. reb. Civitat. ibiq; Magnif. Dn. Brunnemann. add. Nobilis. Dn. Ketter / tr. de alienat. part. 1. cap. 18. sect. 11. & 12.* \* Et quidem in Civitatibus Aristocraticis à solis Consulibus & Senatoribus, quibus in omnium civium & incolarum potestas residet, per eosque repræsentantur; *ad Magnif. Dn. Carpzov. proces. jur. tit. 5. art. 4. §. 3. num. 27.* \* In Democraticis verò, ubi summa rerum quasi penes populum residet, constitutorum Tribuum sive Tribunalium plebis consensus insuper adhibendus est, quia sine horum consensu nec quicquam à Consulibus & Senatoribus in præjudicium Civitatis peragi & alienari potest, *Dn. VVebner. obs. pract. verb. Gùldenmeister. Magnif. Dn. Knipschild. tr. de jur. civitat. Imper. lib. 5. cap. 4.* \* Denique Nullius res

sunt, quæ neque usu, neque proprietatis respectu in commercio hominum sunt, nec alicujus fieri possunt, quamdiu hæ tales permanent, *l. 182. ff. de R. J.* neque etiam humani, sed divini juris esse dicuntur, quales sunt: Res Sacræ, Religiosæ & Sanctæ. §. 7. *Inst. de R. D. l. 1. ff. eod.* \* RES SACRÆ sunt propriæ, quæ DEO ritè & publicè sunt consecratæ, olim per Pontifices, hodiè per Episcopos seu Ministros verbi divini uniuscujusque loci ordinarios, ad exercendam tamen partem hanc juris Episcopalis simul constitutos, *Nov. 67. c. 5. Nov. 131. c. 7.* ut sunt: Tempia, donaria, libri sacri, calices, & omnis alia res sacra; §. 8. *Inst. de R. D. l. 15. C. de SS. Eccles.* quarum rerum sacrarum nec non Ecclesiasticarum, & aliorum locorum piorum alienatio, obligatio & oppignoratio, jure est prohibita *d. §. 8. Inst. de R. D. l. 14. junct. auth. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles.* \* Quod tamen non ita crudè accipiendum, ac si nullo plane casu alienari possent, sed ita, nisi alienationem & oppignorationem svadeat egregia pietas, inevitabilis necessitas, aut ingens, eaque manifesta utilitas; *quas exceptiones addiscere licet ex l. 21. C. de SS. Eccles. Nov. 120. c. 10. add. Generos. Dn. Gottlob von Werthern tr. elegantiss. de jur. precar. posit. 17. quâ in alienatione ordo in d. Nov. 120. c. 10. & auth. præterea si habeat. C. de SS. Eccles.*



cles. præscriptus minimè negligendus. add. Nobilius. Dn. Ketter/ tr. de alienat. p. 1. c. 15. s. 10. Magnif. Dn. Knipschuld d. tr. de jur. Civitat. Imper. lib 5. cap. 9. à n. 3. usq; ad 10. inclusive. Magnif. Dn. Carpzov. 50 s. Resp. 52. per tot. \* Imò & hîc subtiliter distingui possent res Ecclesiæ seu bona Ecclesiastica, quæ in pecunia seu patrimonio Ecclesiæ, sicque in commertio sint, adeoque modò melior inde fiat Ecclesiæ conditio, extrâ casus prædictos ejus res tam mobiles quàm immobiles alienari possent, Locam. in marg. ad §. 8. Inst. de R. D. lit. t. add. Magnif. Dn. Struv synt. jur. civil. exercit. 3. th. 70. modò quoad immobiles nostra Investitura accedat. 51 \* Res Religiosæ dicuntur receptacula mortuorum illatorum & amplius inferendorum honestæ sepulturæ & perpetuæ mansioni destinata, §. 9. Inst. de R. D. l. 6. §. 4. & 5. l. 7. ff. eod. l. 6. §. ult. ff. de religios. & sumpt. fun. quales sunt ~~coimunitatis~~ seu publica dormitoria Christianorum, & sepulchra tam hæreditaria quàm familiaria, quæ de jure civili regulariter neque obligari neque alienari possunt. l. 2. & 9. C. de religios. & sumpt. fun. atque sic nostram Investituram in illis cessare, in aprico est. 52 \* Interim tamen cum hodiè quoad res sacras & religiosas ex constitutione pacis Religiosæ, in Provinciis Statuum Evangelicorum, jura Episcopalia

non amplius Episcopis, eorumque officialibus, sed Principibus ac Magistratibus Imperii secularibus, jura territorii habentibus, competant Jdictionem Ecclesiasticam quoad personas pariter, & causas Ecclesiasticas in eorum territoriis, tam quoad Legem Jdictionis, quàm Legem Diœcesanam per Consistoria exerceri videmus. \* Expediuntur igitur hodiè in Consistoriis Principum ac Statuum Evangelicorum negotia Ecclesiastica, seu jura Episcopalia, non solum modò Jdictionis, ratione scilicet causarum tam civilium, quàm criminalium inter Clericos: inter Laicos autem quoad causas potissimum spirituales, hoc est, animam, Religionem ac conscientiam concernentes, aut aliàs jura Ecclesiastica attingentes, sed etiam Legis diœcesanæ, quoad obedientiam, & ordinem, nec non dispositionem bonorum Ecclesiasticorum, ut & domuum Religiosarum administrationem, veluti pluribus docet Matth. Stephan. de Jurisdictione: part. 1. lib. 3. cap. 14. ubi & alleg. \* Et 54 quidem extenditur potestas hæc Consistoriorum ad totam Ecclesiæ Diœcesin, in quâ viget ipsorum Jdictio, sub quâ & Cœmeteria, die Kirchhöfe und Gottes Acker/ comprehenduntur, Magnif. Dn. Carpzov. 1. Resp. 86. tum, quia Cœmeteria non nisi Ecclesia ejusque Presbyteri sibi vindicant.



can. Ecclesias. un. C. 13 q. 1. tum, quia de jure Canonico jus sepeliendi, quod in Cœmeteriis exercetur, simpliciter & immediatè ad ipsam Ecclesiam spectat, ab eaq; est impetrandum. can. 6. 7. & 19. C. 13. qu. 2. cap. 9. X. de Simon. \* Quamvis de moribus hodiernis in terris præsertim Reformatorum, sepeliendi jus, teste experientia, non ab Ecclesia, neq; à Magistratu Ecclesiastico, sed à Magistratu politico soleat impetrari, de quo & peculiare quid Lipsiæ observatum nota, quando ob Statutum ultimum sepulchra hæreditaria & familiaria Schwiebbogen urgente necessitate in nullum alium præter Se-

natum refuso pretio ab initio dato, alienari possunt, daß niemand gestattet werden soll seinen Schwiebbogen auff dem Gottes-Acker/welchen er für sich und seine Erben nicht erhalten kan noch wil/etnen andern zu verkauffen / sondern solches E. E. Hochw. Rath vermelden / welcher alsdann so viel dafür anfänglich gegeben worden/erstaten / und sich des Schwiebbogens anmassen wolle.\* Tandem Res Sanctæ dicuntur, quæ ab injuriâ hominum sanctione pœnali defensæ atque munitæ sunt, quales sunt muri & portæ Civitatum, quæ etiam inalienabiles, §. 10. Inst. de R. D. l. 1. pr. vers. divini juris. & vers. quod autem. ff. eod. nostramque Investituram non desiderant.

## CAPUT QUARTUM.

## De Personis, quæ Investituram hanc concedunt, &amp; quæ illam recipiunt.

## Summaria.

**M**agistratus competens hanc Investituram concedit. 1. 2. Emptio Venditio est titulus de jure Civili ad transferendum dominium, non verò modus. 3. Qui modus juris civilis & Saxonici ostenditur. 4. Persona hanc Investituram recipiens. 5. In Civium rerum alienatione Magistratus officium ostenditur. 6. Quidam imperfectiori, quidam perfectiori Prudentiâ sunt instructi. 7. Priores in genere recensentur. 8. Quibus à Magistratu tutores vel curatores vel administratores bonorum adjunguntur. 9. Quales sunt Infantes, 10. Furiosi, mente capti & alii. 11. Item Prodigii. 12. Juris Naturalis



turalis & Gentium respectus in dominii translatione. 13. Pupillorum & Minorum alienationes. 14. Certum tempus prudentiæ perfectæ naturaliter non dari potest. 15. Cives, qui rebus suis vitio corporis superesse nequeunt, recensentur. 16. Quorum defectus aliorum Prudentiâ supplendus. 17. Illorum alienationis modus. 18. Sequuntur perfectiori Prudentiâ instructi. 19. Alienationis libertas in certis casibus restricta. 20. In societate Civili, Paternâ & Conjugali. 21. Homo à naturâ ad societatem & Conversationem humanam destinatus. 22. Sine ullo monitore. 23. Qui ante. 24. Et post lapsum in civili societate consideratur. 25. Vici & Pagi genus & forma. 26. Urbium origo. 27. Civitatis status non omnibus conceditur. 28. Sed honestus & pius, non verò natura & lege prohibitis. 29. Lege prohibentur, fœminæ, heretici, judæi, banniti, infames & hisce similes. 30. Naturâ perpetuò furiosi, mente capti, pupilli & minores. 31. Magistratus officium in genere per summam circa civitatis jura concedenda. 32. Magistratus cives ad virtutes ferendas legibus coërceat. 33. Ejus officium in civium alienatione quoad res allodiales immobiles. 34. Paternam societatem constituunt Pater & Filius, qui inter se alienationem instituire possunt. 35. Et non semper pro unâ personâ reputantur. 36. Peculii distinctio. 37. Alienatio peculii profectitij prohibita. 38. Adventitii licita. 39. Castrense vel quasi quid. 40. Ejus alienatio concessa. 41. An donatio rerum allodialium immobilium inter Patrem & Filium licita. 42. Valet remuneratoria. 43. Jurata, dotis & propter nuptias. 44. Item studiorum causâ facta. 45. Simplex non revocata. 46. Sed tacite approbata mortuæ confirmata. 47. Castrense vel quasi, ut & adventitium peculium filius Patri licite potest donare. 48. Profectitium nemini Patre non indulgente aliæ justæ causâ non adsistente. 49. De jure Sax. donationes rerum allodialium immobilium mediante nostrâ Investiturâ fieri debent. 50. Etiam 500. solidos excedens in rebus mobilibus. 51. Principes ab hac Investitura exempti. 52. Societas Conjugalis sequitur. 53. Hac in societate interdum bonorum participatio pactio celebratur. 54. Mulier non in talem transit mariti potestatem, quæ ipsi omnem tam de personâ suâ, quàm fortunis disponendi aufert libertatem. 55. Immobiles dotales & propter Nuptias donatæ, inæstimatæ à muliere etiam consentiente marito absq; curatore alienari nequeunt, secus si æstimatæ. 56. Et non dotales. 57. Inæstimatæ dotales immobiles res à muliere in maritum licite alienantur. 58. Quædam specialia circa hæc bene notanda afferuntur. 59. Lipsiæ speciale circa hæc. 60. Etiam in constituto. 61. Speciale in Electorali Dresda. 62. Donationes rerum allodialium immobilium inter conjuges de jure civili & Saxonico communi celebrari nequeunt regulariter. 63. & 64. Casus excepti. 65. de jure Electorali optimè. 66. Interdum maritus solum & h. trager. 67. Qui nullum dominium consequitur. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. Lipsiæ specialia optimè notanda afferuntur.

**P**ersonæ, quæ hanc Investituram concedunt, sunt quilibet Magistratus sive Jū-  
dices ordinarii & legitimi, quorum Jdictioni res istæ allodiales immobiles, de quibus Investitura hæc faciendæ,



cienda, subjectæ. Magnif. Dn. Philippi in usu pract. Inst. lib. 2. ecl. 19. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 39. def. 35. num. 2. quales in Civitatibus sunt Ordo senatorius, der Rath in oppidis quibusdam & pagis Nobiles & Præfecti seu Quæstores respectu Schriftsaffiat, & Ambtsaffiat. add. Nobilis. Dn. Vilb. Leiseri discurs. jur. publ. de Landsaffis, itemq; Schriftsaffis & Ambtsaffis per tot. alique Magistratus sive sint Clerici sive Laici, sive Masculi, sive Fœminæ, sive Pupilli sive Minores Jdictionem habentes, modò posteriores Tutores & Curatores habeant. add. Magnif. Dn. Struv. Synt. jur. feud. cap. 5. aph. 3. & 4. \* Nam Emptio-Venditio rerum immobilium allodialium est quidem titulus de jure civili ad transferendum dominium, non verò modus transferendi domini, qualis de jure civili est quasi traditio sive inductio in fundum, §. 40. Insp. de R. D. de jure Saxonico judicialis resignatio nostraque Investitura. \* Et uti olim de jure civili res quædam non prius dicebantur verè alienatæ, si non in potestatem & possessionem alterius regulariter per traditionem aptumq; titulum ad transferendum dominium unà cum mancipatione & cessione in jure pervenerint, l. 20. C. de pact. l. 50. ff. de R. V. l. 18. ff. de vi & vi armat. l. 3. §. 1. ff. de act. empt. l. 28. l. 52. §. 1. ff. de V. O. l. 31.

ff. de A. R. D. add. Nobilis. Dn. Reiter tr. de alienat. p. 1. c. 4. sect. 7. usq; ad 16. ubi plura cum aliquot exceptionibus. ita & de jure Electorali Saxonico præter dicta in locum mancipationis & cessionis in jure, singularis introducta est traditionis solemnitas, ad effectum domini transferendi in rebus allodialibus, nempe judicialis resignatio sive prioris domini abdicatio & recognitio, die Gerichtliche Bericht, Auflassung und Übergabe der Lehn coràm judice competente in loco judicii facienda. Coler. p. 1. decis. 16. num. 20. \* Et hæc de Personis nostram Investituram concedentibus; sequitur de recipientibus, quæ omnes esse possunt, quæ dominia rerum immobilium acquirere, eaque transferre possunt \* Sed ad dominia acquirenda & transferenda nemo nescit opus esse Prudentiâ, quare prudentis Magistratus officium quoad civium seu subditorum tam imperfectorum, quàm perfectorum immobilium allodialium rerum alienationes & acquisitiones erit videre, ut hæc prudenter inter illos peragantur, præsertim cum & illorum cives & subditatione prudentiæ inæquales sint, ne exinde in civitatibus & pagis querelæ orientur. Quidam enim homines planè nullâ & imperfectori, quidam perfectiori Prudentiâ instructi sunt, de quibus singulatim quid di-





7 cendum. \* Inter homines sive cives & subditos imperfectos, qui planè nullà & imperfectiori Prudentiâ instructi, referuntur Infantes, Furiosi, Prodigii, Pupilli, Minores, Senes re-  
 pueraſcentes, Muti, Surdi, perpetuo morbo laborantes, & hiſce ſimiles, qui per ſe regulariter contrahere nequeunt; ideoque quoad illorum rerum allodialium alienationem, noſtramque Investituram Magistratus multa ſingularia obſervare habet, quæ in ſequentibus ſingulatim per-  
 8 paucis lubet attingere. \* In univerſum notum eſt, hiſce perſonis omnibus vel tutores vel curatores vel ad-  
 miniſtratores bonorum à Magiſtratu ex officio adjungi debere, ſi ipſæ res immobiles allodiales juſtâ ex cauſâ mediante noſtrâ Investiturâ alienare  
 9 volunt. \* Infantes infrâ ſeptimum annum l. 18. C. de jur. deliber. etiam tutore autore contrahere nequeunt.  
 l. 1. pr. ff. de V. O. add. Donell 9. comm 10  
 10 \* Furiosi, Mente capti & illi, qui alijs morbo aliquo rationis uſum planè impedi-  
 ente laborant, continuaque mentis alienatione agitantur, non poſſunt contrahere; ſecùs verò de illis, qui dilucida intervalla habent.  
 l. 6. C. de Curat. furioſ. l. 9. ff. qui teſtam.  
 11 fac. poſſ. \* Prodigii quoad bona alienanda, non verò acquirenda, furioſis ſæpiſſimè in jure comparantur & aſſociantur, §. 2. Inſt. quib. non eſt per-

miſ. fac. teſtam. l. 1. & tot. tit. ff. de Curat. furioſ. l. 26. ff. de V. O. add. Zaf ad tit. ff. de acquir. hered. num. 9 Zanger. de except. part. 3. c. 51 num. 117. & ſeqq. indeque neque contrahere poſſunt, quia illi ſimul cum dictis perſonis nullam voluntatem habere dicuntur. l. 40. ff. de R. J. & in effectu eſt idem, nullam habere prudentiam, vel illam in negotiis gerendis, ubi opus eſt, non poſſe adhibere. \* Et ſi jus natu-  
 12 rale ſpectamus, dominium non datur niſi in eo, qui utitur ratione. Sed jus gentium humanius viventium ob  
 utilitatem communem introduxit, ut infantes, furioſi & prodigi domi-  
 13 nia accipere & retinere poſſint, perſonam illorum interim quaſi ſuſtinente humano genere. Ideoq; tale dominium ſtat inter actum primum, nec ad actum ſecundum poteſt referri, id eſt, ad habendi, non ad per ſe  
 utendi jus pertinet. Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 3. num 6. \* Pupilli ab in-  
 fantibus aliquo rationis uſu diſtan-  
 14 tes, & Minores hodiè anno vigefimo primo nondum completo nequeunt  
 15 contrahere, & res allodiales im-  
 mobiles cum tutorum & curatorum au-  
 16 toritate & conſenſu adhibito alienare & oppignorare; niſi cauſa juſta alienationis & oppignorationis unâ  
 cum Magiſtratus cognitione & decreto adhibito, adſit, l. 22. C. de ad-  
 miniſtr. tutor. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. II.



C. 11. def. 28. p. 2 C. 23. def. 16. num. 8. p. 2. C. 15. def. 25. num. 10. p. 2 C. 14. def. 69. num. 1. & 2. & lib 5. Resp. 68. num. 3. & seqq. it. Decis. 121. num. 3. & Decis. 195 num. 3. Magnif. Dn. Richter cent. Reg. jur. 11. num. 26. Subhastatioque inse-

- 14 9. & 10. \* Licet naturaliter certum aliquod tempus præstitui non possit, quo apud omnes indistinctè incipiat prudentia perfecta esse; attamen tantum temporis ipsi veteres putarunt eis ad prudentiam talem recipiendam sufficere, & si quis intrâ illud spatium tantum prudentiæ sibi nondû comparaverit, sibi ipsi suoque fato acceptum serendum haberet, cui postmodum ex aliâ ratione, quàm causâ minorennitatis Curator ad-
- 15 gi debet, l. 2. ff. de curat furios. \* Porro quidam habentur, qui quodam vitio corporis impediti, rebus suis superare nequeunt, quales sunt Muti, Surdi, perpetuo morbo laborantes, quibus & senes repuerascentes seu ad infantiam revertentes annumerandi.
- 16 \* Hi homines propter iudicii & consilii infirmitatem a iorum ludibriis & circumventionibus non debent esse expositi, sed potiùs illorum defectus aliorum prudentiâ suppleri debet, quò id, quod antea, sed non satis pru-

denter & ad commodum suum gerere poterant, per alios adjuvi rectius & cum emolumento ipsi gerant, perque hoc medium in societate civili sustentari quæant. \* Qui omnes, licet ad alienationis actum rerum al-

17 lodialium immobilium celebrandum concurrere possint; l. 48. ff. de O & A. l. 33. §. 2. ff. de donat. attamen ipsi sine Curatoris consensu, Magistratusvè decreto l. 11. ff. de reb. eor. qui sub tutel. talem actum alienationis per se celebrare non possunt, Nobilis Dn. Reiter, d. tr. de alienat. p. 1. c. 11. f. 2 & 9 licet nostram Investituram ipsi adhibeant.

18 \* Et hæc de hominibus planè nullâ & imperfectiori prudentiâ instructis, qui absque Curatore & cessione iudiciali nostraque Investiturâ res alldiales immobiles alienare nequeunt, aliis cives & subditi imperfecti dicti, sufficiant: sequitur nunc de illis, qui perfectiori & sufficienti rationis usu sunt instructi, adeoque ad actus civiles exercendos apti sunt. \* Ne alii aliorum incommodis, sua commoda,

19 arg. l. 206. ff. de R. J. callidis consiliis, machinationibus, persuasionibus, vi metu vè suâ in malitiâ (quæ statim post lapsum Protoplastorum cum ipsâ rerum indigentia & insecutâ rerum proprietate invasit) quærant, alienationemque suadeant, caput propter commune bonum alienandi & acquirendi libertas certis casibus

con-



20 constringi. \* Igitur boni ordinis causa erit videre, quid quoad homines in SOCIETATE CIVILI, PATERNA & CONJUGALI viventes observandum, si res allodiales immobiles validè in ipsis alienanda & acquirenda sunt.

21 \* Sed rem ab ovo, præsertim quoad Civilem societatem, per paucis quidem repetere, hic non inconcinnè foret dictum, cum certum sit, hominem à natura ad societatem & conversationem humanam adeò propendere, ut naturalis illa inclinatio ac innatum congregabilitatis studium, principaliter & immediatè istam societatem (natura naturante causisq; impulsivis minimè exclusis) in mente excitet, disponat & confirmet, *Nobilis. Dn. Bernhard. Schulz / Jctus Rintelens. in satis laudandâ exercitat. de verâ. Jurisprud. th 1. quia natura inter nos quandum cognationem*

22 constituit. l. 3. ff. de J & J. \* Nam quamprimùm hanc rationis usum consecutus, spontè & sine ullo adhuc monitore conversationem humanam amplecti cognoscereq; potuit; prætereaq; DEUS homini dilectionem proximi implantavit, cur non simul à naturâ ad societatem sit destinatus, cum proximi dilectio sine societate fieri nequeat. *Bald. part. 5. consil. 393. add. Magnif. Dn. Rupschild D. de jur. Civit. Imp. lib. 1 c. 6. num. 2. & 3. Magnif. Dn. Lauterbach / colleg.*

post. ad ff. de J. & J. §. 10. \* DEUS 23 ab initio condidit homines rectos, probos, simplices, qui si intrâ hosce limites sese continuissent, ubiq; in civili societate feliciter vivere potuissent. \* At postquam ab illâ primæ- 24 vâ virtute & integritate multum ob lapsum primorum Parentum discessum, cæpit homo homini insidias struere, imò etiam vim inferre, unde ipsi postmodum coacti in tuguriis atq; etiam antris disperse habitare, & jura quisq; natis dare & uxoribus, congregariq; prout natura ferebat, ne à feris laniarentur, quibus Pagi seu Vici demum orti. \* Vici autem 2 seu Pagi duorum erant generum, alii primæ ac simplicis formæ, quando una familia ita augebatur, ut vicum constituere potuerint, alii mixti, quando videlicet è variis tuguriis atq; antris homines tanto numero habitandi gratiâ conveniebant, ut vicum constituent. \* Sed hisce in Vicis sive Pagis suæ salutis non omni ex parte omnes sibi prospicere suaq; tueri poterant: igitur ad suppleendam vitæ indigentiam, custodiamq; rerum suarum, imò vitam felicioram instituendam, diffusiori societate opus sibi fore censebant mortales, sicq; urbium præsidia, vicis & villis quibusdam relictis, quærere necesse habebant. \* Attamen postea inter 27 illos exortum, ut hæcce in urbium præ-

28

29



23  
 24  
 28  
 29  
 præsidia non cuilibet liceat indistin-  
 ctè advolare & intrare, sicque Civi-  
 tatis statum [qui est conditio homi-  
 num politica seu civilis, quæ facit, ut  
 quis Civitatis alicujus civis sit, &  
 proprio illius jure uti possit. *Magnif. Dn. Struve synt. jur. civil. ex. 3. th. 6. Magnif. Dn. Lauterbach, disquisit. elegantiss. de singular. fratr. jur. part. 2. membr. 1. §. 2. num. 2.*) ejusque jura sibi  
 28 acquirere. \* Quare & hodiè solùm  
 honestis & piis, non verò Naturà &  
 Lege prohibitis à Magistratu sive Se-  
 natu jus Civitatis (*Bürgerrecht*)  
 29 concedi debet: \* Lege namque pro-  
 hibentur [1] Fœminæ, quia civem  
 fieri de officiis virilibus est, à quibus  
 fœminæ exclusæ; *l. 2. ff. de J. R.*, attamen  
 sciendum, mulieres è maritorum  
 personis jure civitatis frui: & jura-  
 mentum à marito præstitum, simul &  
 à muliere præstitum esse intelligi.  
*Belod. de jur. ord. Civit. num. 4. circ. fin.*  
 Estq; Lipsiæ receptum, ut si fœmina  
 dum, quam possidere ibi nisi cives  
 per Statuta non debèt, emere velit ad-  
 mittatur ad jus civitatis. [2] Hære-  
 tici. *l. 2. l. 4. C. de heretic* [3] Judæi:  
*Magnif. Dn. Hahn Δικαστηριον Judæor. th. 14.*  
 qui tamen interdum pro ditionum &  
 civitatum commodo tolerantur; at  
 nostro in Electoratu Saxonico hoc  
 nocivum hominum genus planè tol-  
 litur. *Churfürstl. Sächs. Berg-Ord. art. 76.* (4) Excommunicati & banni-  
 ti, qui è toto Imperio & fidelium con-

gregatione expellendi: (5) Infames  
 & hisce similes. \* Naturà prohi- 30  
 bentur perpetuò furiosi, mente  
 capti nec non pupilli & mino-  
 res, qui ante minorennitatem com-  
 pletam jurare nequeunt; *Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 6. def. 6. num. fin.* neque  
 etiam hic quicquam tutorum & cu- 31  
 ratorum autoritas operabitur. \* Ma-  
 gistratus sive Senatus summam &  
 in genere prospiciat, ne inutilibus  
 malisque hominibus sine discrimine  
 jus Civitatis concedatur, pro quibus  
 in communi habentur fures, scurræ,  
 sortilegi, perpetuo otio dediti, scor-  
 tatores, zygeni & alii nocivi homi-  
 nes, qui magis è civitate ejiciendi,  
 quàm assumendi: *add. Nobiliss. Dn. Ahasver. Sittich Consiliar. Schwarzb. tr. de mendican. valid.* imò & ipse nul-  
 lum sine examine alioque documen-  
 to & testimonio sufficienti prioris  
 Magistratus, sub quo antea vixit,  
 recipiat. *add. Schepliz. ad Consuetud. Branæburg. p. 4. tit. 14. §. 1. num. 2. Elect. Saxon. Gesinde Tagelöhner- und Hand- wercks- Ordn. anno 1651. tit. 5. §. 1. in Corp. Sax. part. 1. pag. 529.* \* Nunc Ma- 32  
 gistratus Civibus ad virtutes feren-  
 das sua in civitate per leges prospici-  
 cere debet, & quidem ad illas feren-  
 das, quæ circa impertitionem vitæ in-  
 strumentorum sive alienationem ver-  
 santur, nempe ut liberalitas inter Ci-  
 ves exerceatur, & è contrà prodigali-  
 tas & avaritia expellantur: Nam  
 quem-





quemadmodum ad omnem alienationis actum duæ ad minimum requiruntur personæ agentes, quæ actus inter se oppositos, nempe alienationem & acquisitionem instituant, quia nemo cum se ipso quicquam communicare potest; ita etiam duo opposita vitia in eodem alienationis & acquisitionis actu concurrere possunt. \* Itaque & Magistratui etiam inter cætera circa civium rerum allodialium immobilium alienationes incumbit, ut provideat, ne quis harum rerum facultates temerè & absque omni causâ sive honestâ sive inhonestâ profundat, & ita vel quoad permutationem, vel quoad emptio-nem-venditionem ratione rei permutatæ & mercis pretiique se ipsum perdat, quod facile in hâc Investiturâ necessariò adhibenda ab ipso videri atque præcaveri potest: Nam si quidam contractus coràm iudice & autoritate judiciali fieri debent, id utilitatis publicæ causâ ex principiis cautionalibus inducitur, propter periculum, fraudem, & ne privati sive cives & subditi rerum suarum nimis prodigi existant. *Magnif. Dn. Hahn. ad Wesent. παρὰ τ. ff. de pact. ad num. 4 verb. tertio à formâ. pag. m. 384. & 385.* \* Et hæc quoad SOCIETATEM CIVILEM: SEQUITUR NUNC PATERNA, quam constituunt Pater & Filius; de quibus primùm omnium generaliter

quæri debet, an ipsi rerum allodialium immobilium alienationem inter sese celebrare possint? quod primo intuitu vix quis concedet, quia ipsi in jure nostro pro unâ eademque personâ habeantur, *l. fin. C. de impub. & alius substit.* & ad alienationis actum ad minimum duæ requirantur personæ. \* At responderi debet, hæc personæ non semper pro unâ personâ haberi; nam interdum filius familiæ ratione administrationis bonorum allodialium immobilium, quæ in peculio castrensi vel quasi habet, vice patris familiæ fungitur. *l. 2 ff. ad Sct. Maced. l. penult. C. qui bon. ced. poss.* \* Igitur si filius familiæ incipit habere peculium rerum allodialium immobilium, de hoc erit distinctè per paucis dicendum, quia peculium respectu filiorum familiæ vel in paganum, quod extra militiam, vel in militare, quod in militia vel quasi filius familiæ consequitur, dispefitur: paganum iterum vel profectium profectium vel adventitium dicitur. \* De peculio profectio rerum allodialium immobilium à filio familiæ è patris vel occasione ejusdem acquisito tenendum quòd tàm ratione proprietatis quàm ususfructus illud patri à filio familiæ in solidum acquiratur, *§. 1 vers. que enim in vitia Inst. per quas person. cuiq; acquir.* ejusque persona cum patris pro unâ habeatur,



adeoq; illius inter ipsos nullam fieri posse alienationem, nostramque Investituram exulare nemo non videbit. \* Peculium, adventitium rerum allodialium immobilium, vel à matre, vel liberalitate fortunæ, à filiofamilias acquisitum quod spectat, distinctè observandum, quòd in illo ratione matris acquisito, patris sit usufructus & administratio, l. 1. C. de bon. matern. Magnif. Dn. Richter / decis. 18. num. 1. & 2. Magnif. Dn. Carpzov. p. 2. C. 10. def. 7. proprietas verò filiofamilias, quam patri aliivè extraneo concedere non prohibetur, quia hujus intuitu ipse quadantenus hoc in peculio vicem patrisfamilias sustinere videtur, Dn. Vinnius ad pr. Inst. quib. non est permis. ad verb. qui alieno juri subjecti. quod verò liberalitate fortunæ acquisit Filiusfamilias, & plena proprietate, h. e. cum usufructu & proprietate habet, l. 6. & auth. seq. arg. l. 7. C. de bon. quæ liber. Nom. 117. c. 1. add. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 10. def. 10. illud quovis modo administrare, & in patrem extraneumvè validè alienare potest, modò sit pubes & ad negotia gerenda aptus, nostraq; Investitura adhibeatur. add. Magnif. Dn. Hahn. ad Wesenb. pag. 21. ff. de pact. num. 5. ad verb. filiusfamilias. p. m. 389. Hæc quoad peculium paganū sufficient: sequitur militare, quod vel castrense vel quasi castrense. Castrense est, quod filiusfamilias in ar-

mat à militiâ, expeditione & castris, vel etiam à patre aut cognatis intuitu militiæ donatum acquirit: quasi castrense est, quod in togata militia, opera scilicet forensi, artium liberalium professione, aliovè munere publico filiusfamilias sibi paravit. \* Si hoc in peculio castrensi vel quasi filiofamilias res allodiales immobiles habet, (quæ omnes tam de jure civili, quàm Saxonico pleno jure sibi soli acquirit, l. 6. §. 3. C. de bon. quælibet. l. 2. ff. ad Sct. Macedon. l. 3. C. de castr. pecul. Gloss. ordin. in Landr. lib. 1. art. 20. in verb. giebt der Vatter. Berlich. p. 1. decis. 138. num. 7.) illas licitè in patrem aliumvè extraneum transferre potest, modo etiam sit pubes, & ad negotia gerenda aptus, add. Nobilis. Dn. Reiter / tr. de alienat. p. 1. c. 14. sect. 2. Magnif. Dn. Joh. Philippi in us. pract. Inst. lib. 2. c. 43. Nostraque investitura intercedat. \* Hic quasi coronidis loco quid de donationibus rerum allodialium immobilium inter Patrem & Filium lubet addere. Et quidem in genere sciendum, quòd harum rerum donationes à patre in filium collatæ, regulariter non valeant, arg. l. 25. C. de donat. inter vir. & uxor. l. 11. l. 17. C. de donat. quia pater & filius pro unâ personâ habeantur, l. fin. C. de impuber. & aliis substitut. & ita sibi ipsi nemo donare possit. l. 56. §. 1. ff. de fidejuss. attamen quædam donationes à patre factæ



- ctæ, aliquando vel statim valent, vel postea confirmantur. l. 5. §. 13. l. 2. C. de inoffic. donat. l. 31. §. 2. ff. de donat.
- 42 \* Ita statim valet donatio remuneratoria rerum allodialium immobiliū, add. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 12. def. 15. etiamsi alii adhuc liberi superveniant, eaq; donatio sit inofficiosa, Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 12. def. 34. & 35. modò nostra Investitura, ut infra dicitur, accedat, quia hæc propriè non est donatio, sed quædam accepti beneficii compensatio. l. 27. C. de donat.
- 43 \* Porrò quoque valet de jure canonico praxiq; hodiernâ jurata: arg. cap. 28. X. de jurejur. c. quamvis. de pact. in sexto. Gail. 2. obs. 38. num. 7. item dotis datio & donatio propter nuptias, quam pater filio filiæve in rebus allodialibus immobilibus recte facere potest. l. 38. ff. famil. hercis. donatio rerū allodialium immobiliū filio emancipato facta etiam valet. l. 27. C. de donat.
- 44 l. 20. ff. de inoffic. donat. \* Firma quoq; est donatio rerum allodialium immobilium à patre filio studiorum causa facta, quia ita donatum quasi castrense peculium est. arg. l. 11. ff. de castr. pecul. l. ult. C. de inoffic. testam.
- 45 \* Tandem etiam confirmantur & valent donationes simplices rerum allodialium immobilium à parentibus liberis in potestate eorum existentibus factæ, si non revocatæ fuerint, donec patria potestas fuerit soluta vel morte vel emancipatione, l.

25. C. de donat. int. vir. & ux. l. 17. C. de donat. l. 31. §. 2. ff. eod. tunc non adimendo res donata videtur legata, quæ post mortem patris à filio non emancipato non conferenda, l. 18. C. famil. hercis. l. 2. C. de inoffic. donat. add. l. 20. §. 1. C. de collat. Magnif. Dn. Brunemann. comment. Cod. tit. de collat. ad l. 6. l. 13. & 15. quia, licet donatio in liberos in potestate patris constitutos regulariter non valet, morte patris hæc confirmatur; l. 25. C. de donat. int. vir. & ux. imò & hæc donatio revocabilis est, donec pater est in vivis, l. 2. C. de inoffic. donat. attamen cum ipse pater eam non revocavit, cum tamen potuisset, de novo concessisse videtur, arg. l. pen. §. cum autem. ff. de re judic. atq; sic colligendum: \* Quam donationem pater 46 neq; improbat neq; revocat, illam ipse tacitè approbat, & non adimendo filiofamiliâs legasse videtur; & per consequens ea à filio non conferri debet, quia legata non conferuntur. l. 10. l. 13. C. de collat. \* Ultimo 47 nunc sciendum, quod filius familiâs res suas allodiales immobiles, quas in peculio castrensi vel quasi habet, licitè patri suo possit donare, imò & cui-libet extraneo, l. ult. C. qui testam. fac. poss. l. 3. C. de castrens. pecul. quod & ad adventitium extendendum; Nov. 117. c. 1. modò ipse sit pubes & ad negotia gerenda aptus, idq; judicialiter mediante nostrâ Investiturâ fiat.



48 fiat. \* Quod autem peculium profectitium attinet, de illo quilibet scit, quod aliàs plena proprietas patris sit, atque sic ea illi adhuc semel à filiofamilias non possit donari: attamen extraneo ipse filiusfamilias res immobiles allodiales in peculio profectitio comprehensas licitè potest donare, si hoc ei pater indulget, vel alia justa causa subest. *l. 7, ff. de donat. l. 28. §. fin. ff. de pact. l. 1 §. 1. ff. quæ res pign.*

49 dar. \* Quanquam de jure civili donationes bonorum allodialium sive mobilium sive immobilium ubiq; locorum absq; omni solemnitate judiciali perficiantur, dummodò infrà quingentos solidos constant. *§. 2. Inst. de donat.* attamen de jure nostro Saxonico rerum immobilium allodialium donationes cujuscunque etiam valoris, sive magni sive parvi illæ sint, aliter non valent, quàm si coràm judice competente, ubi bona sita, mediante nostra Investitura factæ, & actis insinuatae sint; *Wetzb. art. 20. & 60. Landr. lib. 1. art. 52. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 12. def. 19.* & nihil refert, an ipsæ inter patrem & filium aliamvè extraneam personam celebrentur. \* Hæc nostra Investitura sese etiam extendit ad donationem rerum mobilium 500 solidos excedentem, licet hæc Ecclesiæ, vel ad alias pias causas, imò & juratò facta; *Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 12. def. 12. 13. & 14.* quæ tamen non

necessariò coràm judice competente, uti immobilium, sed coràm quocunque judice fieri potest. *Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 12. def. 18. & 19.* Excipiuntur tamen ab hac nostra Investitura Principes & Status Imperii, horum enim donationes ad certa adstringere solemnia indecorum esset, cum donare & liberalitatem exercere sit Principum proprium & nobilitatis actus, qui meritò ab eorundem libero arbitrio dependet. *Panorm. in c. 1. de donat. add. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 12. def. 16.* \* **TANTUM DE SOCIETATE PATERNA: SEQUITUR CONJUGALIS.** Non arctius strictiusvè hoc in mundo reperitur! fœdus, quàm quod mas & fœmina ritè modisque decentibus ineunt: hic enim non corpori tantum corpus, sed animus animo sic unitur, ut ex duobus quasi unus factus homo videatur. \* Hac in conjugali societate propter bonorum participationem interdum peculiaris conjugum conventio instituitur, ut vel hâc ratione conjunctioni animorum, & arctissimo vinculo, quod conjuges prosperæ pariter & adversæ fortunæ constituit socios, consulatur rectissimè: quæ constantior utique erit, si non ea tantum, quæ vitæ societatem concernunt, sed bona etiam communicantur. \* At uxor non in talem transit mariti potestatem, quæ ipso nunc tam de per-



sona sua, quàm fortunis disponendi aufert libertatem: & è contrario multò minùs de marito hoc asserere licebit. \* Hinc res allodiales immobiles dotales & propter nuptias donatæ constante matrimonio regulariter neque à marito, *pr. Inst. quib. alien. lic. ac non. l. un. §. 15. C. de rei ux. act.* neque à muliere etiam consentiente marito absque curatore alienari possunt, si inæstimatæ datæ sunt; *Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 15. def. 12.* Secùs si æstimatæ, tunc illæ licitè à viro insequente nostra Investitura in cognatam & extraneam personam alienari possunt, quia æstimatio emptionem facit illarumque dominium ad maritum transfert. *add. Frid. Pensold. in addit. ad Coler p. 2. decis. 223. ubi ampliando & limitando hæc pertractat. Nobilis. Dn. Reiter, tr. de alienat. part. 1. cap. 16. sect. 1. 2. & 3.* \* quod & eo magis de aliis rebus immobilib9 allodialib9 non dotalib9 asserendam, *Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 15. def. 19.* quæ etiam mulier, licet alium curatorem ipsa habeat, sine consensu mariti alienare nequit, *Landr. lib. 1. art. 31. vers. kein Weib mag. & art. 45. dict. lib. 1. vers. ein Weib mag. Magnif. Dn. Carpzov. p. 2. C. 15. def. 25.* quia maritus de jure nostro Saxonico quamprimum ipse ingreditur thorum uxoris, ejus tutor fit, *Landr. lib. 1. art. 45. & lib. 3. art. 45. Weichb. art. 65.* ipsique harum rerum ususfructus debetur, *Landr. lib. 1. art.*

31. ubi gl. lat. lit. a. in pr. Rauchbar. p. 1. quest. 2. num 45. \* Res inæstimatas immobiles dotales mulier in maritum validè alienare potest si modo ipsa alius Curatoris constituti consensum una cum nostra Investitura adhibet, quia ipsi conjuges omnis generis contractus hoc modo inter sese celebrare possunt, *Magnif. Dn. Carpz p. 2. C. 15. def. 23. & p. 2. C. 13. def. 22.* excepta donatione, de quâ in paulò post sequentibus dicitur. \* Imo & mulier rem allodiale[m] immobilem inæstimatam dotalem, vel propter nuptias donatam & in dotalitio constitutam, de jure nostro Electorali Saxonico pro marito efficaciter alienare, obligare & oppignorare nequit, si ipsa juri tacitæ hypothecæ, ac beneficio S<sup>g</sup>ti Vellejani mediante juramento nostraque Investitura non renunciat. *Magnif. Dn. Carpzov. p. 2. C. 16. def. 1. & 10.* quod ad constitutum etiam extendendum, ubi mulier pro marito solvere promittit, ejusq; debitum in se suscipit. *Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 16. def. 2.* Nisi consuetudine & Statuto peculiari aliquid introductum, uti Lipsiæ, ubi mulier pro marito quo ad res dotales intercedens easque alienans, coram judice in loco judicii auctoritate Curatoris nostrâq; Investiturâ intercedente, doti ac beneficio S<sup>g</sup>ti Vellejani etiam absq; juramento vi specialis Statuti efficaciter renunciare potest; *Moller. ad Const. Elect. 16. p. 2. num. 11.*



num. 11. Magnif. Dn. Carpz. d. p. 2. C. 16. def. 7. & 8. atq; sic suas res absq; juramento validè alienare. \* Quod tamen in constituto in dicta civitate Lipsiâ, quando mulier mariti debitum in se suscipit, non procedit, quia ipsa hoc simul mediante juramento facere debet: Magnif. Dn. Carpz. d. toc. fecus verò sese res iterum de jure Electorali Saxonico habet, si mulier non pro marito, sed pro extraneo quoad dotalia aliâq; bona intercedit, ubi ipsa absq; juramento sese validè obligat, resq; alienat, modò mulier sive maritata sive soluta renūcians, sit majorennis curatorisq; consensum atq; autoritatē adhibeat, & beneficio S<sup>C</sup>ti Vellejani judicialiter renunciât, medianteq; nostrâ Investiturâ illud faciat. Const. Elect. 16. p. 2. in pr. & circa fin. Berlich. p. 2. concl. 21 num. 2. Rauchb. p. 1. q. 3. num. 79 Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 16. def. 17. \* In Electorali Dresda è vi Statutorum cap. 10. mulier quoq; in judicio unâ cum curatore ad litem apparens, & de juribus suis satis monita & certiorata, pro marito vel alio extraneo bona sua allodialia immobilia validè alienare & oppignorare potest, si modò beneficio S<sup>C</sup>ti Vellejani & juribus hypothecæ quoad maritum ipsa ad summum loco juramenti hâc in nostrâ Investiturâ rerum dotalium inæstimatarum renunciât; quoad extraneum verò sal

tem judicialiter mediante nostrâ Investiturâ id fiat; Verba Statuti sic sonant: Wann ein Weib vor Uns/ oder unsern Gerichten deswegen erscheinet / und ihrer weiblichen Berechtigkeith gnugsam erinnert wird / Sie aber darauff / nebst ihren kriegischen Vormunden / sich vor ihrem Ehemann / oder einem andern mit Einsetzung desjenigen / was ihr zugehoret / verpflichtet / oder verbürget / und ihren Rechten / oder hypothec, so sie daffals in des Mannes / oder andern Gütern erlanget / renunciert, und solches / wann es res dotales concerniret, auffshöchste an Eynes stat / da sie aber für einen Frembden intercediret, nur gerichtlich angelobt / so soll solche gerichtliche Intercession, Constitution und angelobung allerdings kräftig und beständig seyn / auch also in dergleichen fällen erkand werden. \* Hic etiâ quoad hanc societatem conjugalem quasi coronidis loco iterum quærere liceat, an donationes rerum allodialium immobilium inter conjuges celebrari possint? Quod de jure civili & Saxonico regulariter negandum, cum uxori constante matrimonio nihil à marito donari possit, l. 3. §. 10. ff. de donat. inter vir. & uxor. Landr. lib. 1. art. 31. ne matrimonia fiant venalia, cum potius honestus amor & maritalis concordia ex solis animis æstimari, nec ullo pretio conciliari debeat. \* Attamen haud pauci casus excepti habentur, quibus donationes inter conjuges validè ac efficaciter celebrari possunt, quos vide apud Berlich. p. 2. concl. 15. num. 5. & seqq.

60

58

59

61

55

62

63





64 *seqq. Coler. p. 1. decis. 12.* \* Inter hosce casus notabilis est & ille, quando uxor coram Magistratu peculiarem Curatorem sibi eligit, eumque constitui curat, & sic ejus autoritate marito donat, tunc hæc rerum allodialium immobilium donatio inter vivos rectè valebit; modo nostra Investitura accedat, eaque actis publicis insinuatur, *Gloss lat. ad tex. germ. Sandr. lib. 1. art. 31 lit. i. Coler. d. p. 1. decis. 12. num 24.*

65 \* Et in genere sciendum, quod hodiè donationes rerum allodialium immobilium inter Conjuges de jure nostro Saxonice Electorali mediante nostra Investitura optimè valeant, quia in his, quæ judiciter fiunt, præsumatur animus conjugum magis deliberatus & consultus; modo in uxore marito donante, præter nostram Investituram alius Curatoris consensus adhibeatur, eaque donatio actis publicis insinuetur, *Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 13. def. 16.* & mulier una cum nostra Investitura in judicio resignet dominio pariter, ac possessioni bonorum suorum allodialium immobilium, eaq; expresse marito donet. *Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 13. def. 17. num. 2. & 3.*

66 \* Nam hæc in Provinciis Saxonice usitatissimum est, ut mulieres solam possessionem bonorum allodialium immobilium maritis cedant, eosq; hac in Investiturâ als Lehenträger/ de

his investiri faciant, quod hoc fine fit, ut maritus omnia ea onera civilia ac servitia consueta præstet & sustineat, quæ alias fœminæ, ut dominæ, incumbant. \* Hac sola possessionis cessione in nostra Investitura facta 67 maritus in hisce rebus allodialibus immobilibus mulieris nullum dominium consequitur, licet uxor hac in cessione perseveret, eamque ante mortem non revocet; sed defuncta illa dominium horum bonorum ejus hæredibus cedit, nec ad maritum superstitem pertinet, quia hæc sola possessionis cessio contra intentionem mulieris cedentis vim donationis mortis causa habere non potest, quæ non præsumitur, nisi expresse ita donatum, ac mortis mentio facta fuerit; *l. 42. § ult. ff. de mort. caus. donat. quam in rem etiam ab Amplif. Dnn. Scabb. Lips ad requisitionem Georgii Christophori à Kitzschers zu Thierbach Mens. Majo Anno 1627. ita pronunciatum: Ob sich nun wol ist-gedachter ihr Ehemann Hans Busch des Gutes anzumassen gemetnet/ mit Ja-wenden/ daß sein verstorben Eheweib bey ihrem Leben ihm solches in Leben geben lassen/ ic. Diem Weil er aber dennoch dadurch das Dominium des Gutes nicht erlanget/ sondern dasselbe dem Eheweibe eigenthümlichen verblieben; So hat sie auch nachmahls solches Gut uff ihre Kinder bracht und verfallt/ und es hat sich der überlebende Ehemann dessen nicht anzumassen/ v. R. w. \* Secus vero hoc sese habet in 68 urbe Lipsiensi, è vi vel speciali Statuti,*



tuti, vel inveteratæ consuetudinis, ubi hæc sola possessionis cessio sive Investitura, de bonis allodialibus immobilibus uxoris marito facta vim & efficaciam donationis mortis causâ habet, uti & Dn. Scabb. Lips. ad requisitionem Christophori Franckens zu Leipzig Mens. Jul. An. 1632. ita responderunt: Ob nun wol sonsten nach Gewohnheit und Herkommen dieser Stad/dergleichen Belehungen unter den Eheleuten nur allein die Würckung einer Übergabe auffn Todesfall haben/ \* Quare etiam defunctâ uxore superstes maritus, vigore hujus cessionis sive Investituræ, dominium illarum rerum consequitur add. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 13. def. 17. num. 11. \* Hinc sæpissimè Lipsiæ fieri percepit, quando mulier bonorum suorum allodialium solam possessionem marito cedat, deq; illis mediante nostrâ Investiturâ eum investiri faciat, wann sie den Mann belehnen läffet/ quod Magistratus de hoc ipsam mulierem admoneat, ne inscitâ hujus consuetudinis illa jure suo quasi defraudetur, sed pro lubitu vel alium possessorem sistere, vel cessionem revocare, aliudvè disponere queat. \* Tandem etiam quoad donationes inter conjuges præprimis Lipsiæ notandum & observandum, si maritus domum vel aliam rem allodiale[m] immobilem solus emat, & suam uxorem deinde secum investiri faciat, wann der Mann sein Weib mit in die

Lehn nimmet oder läffet ihr das Haus oder unbewegliche Gut zu gleich mit in Lehn reichen / quod ipse nomen uxoris potius animo donandi mortis causâ, quàm animo celebrandi contractum simulatum apposuisse censetur: Modest. Pist. vol. 1. consil. 1. num. 44. ib. Ist allhier, & seq. \* Unde & adhuc hic notandum, quod mulier per ejusmodi Investituram sive potius mortis causâ donationem, ob dimidiam partem acceptam, à portione statutariâ simul petenda, non excludatur, quia lucra hoc in casu ex diverso fonte, videlicet portione Statuti, & dispositione hominis seu Investiturâ, promanant, ubi unum, cum altero compensari nequit, nec unum alterum tollere potest. Bl. in auth. præterea; C. unde vir & ux. num. 7. vers. cause verò sunt separate. & seq. Berlich. p. 2. decis. 223. ubi num. 25. notabile præjudicium Facult. Juridicæ Lips. addit, quod transcribi meretur, sic sese habens: Hat Benedix Rüdell verrückter Zeit sein Weib Catharinen mit der Helffte setner in der Peterstrasse allhier gelegenen Behausung zur helffte beliehen/und ist hteraus todes verfarè/ ob nun wol nach dieser Stad Willühr in mangelung aufgerichteter Ehe. Stiftung ein Weib nach ihres Mannes absterben ein mehrers nicht/dañ entweder ihr eingebracht Gut zufordern/ oder nach beschehener Einbringung ihrer Güther in der gemeinen Theilung den dritten Theil ihres Mannes verlassenen Güther samt der Gerade zufordern berechtiget: Dennoch aber / und die weil die der ermeldten Wittiben beschehene



Belehnung durch den ereigneten Todesfall ihres Mannes bestellet worden / und die Wittwe ermeldten halben Theil des Hauses nicht vermöge der Stadt Willkühr / sondern auß einer von ihrem Manne ihr beschehenem Übergabe bekommen / So ist sie auch Krafft solcher Übergabe die Helffte des obberührten Hauses / oder desselben Werths / und den Inhalt der Statuten dieser Stadt entweder ihr eingebracht Guth / oder nach beschehener Einbringung ihrer Güther den dritten Theil auß allen ihres verstorbenen Mannes Güthern beweglichen / und unbeweglichen / so nach abziehung der Schulden / und ihres halben Theils an dem Hause übrig / zu fordern wolbefugt / B. R. B. \* Nisi maritus in ejusmodi Investiturâ respectum habuerit vel ad dotem, quâ uxor inferre promiserit, vel ad portionem statutariam non petendam; Ubi uxor utrumq; simul petere haud potest, sicuti in eo casu, ubi maritus in ejusmodi Investiturâ respectum ad dotem habuit, quam mulier inferre promisit, Amplius. Dnn. Scabb. Lips. ad consultationem Johannis Hapfelders / An. 1614. ita responderunt: Als ihr uns eine Abschrift auß dem Rathsb. Buche allhier An. 1611. beneben einer Frage zugeschicket / und euch des Rechts darüber zubelehren gebethen habt / Demnach sprechen wir Ehrw. Sächs. Schöppen vor Recht: Hat Sixtus Wetngärtner den 20. Febr. anno 1611. seinen Weibe Marien vor E. E. Rath allhier gegen dem / daß sie ihm von den ihrigen 500 fl. einzubringen verwilliget / den halben Theil an seinem Haus und Hoff vorm Peters-Thor auffn Steinwege gele-

gen / auffgelassen / und darneben gebethen / gedachtes sein Weib Marien damit zubelehnen / darauff E. E. Rath seinem Suchen statt gegeben / und die helffte an berührten Hause in Lehen gereicht / welche Belehnung sie neben ihrem Kriegerischen Vormund acceptiret, und angenommen. Ob nun wol vermöge der Willkühr allhier einem Weibe freysethet nach ihres Mannes absterben entweder ihr eingebracht Guth / oder den dritten Theil neben der Gerade zu fordern. Dieweil aber dennoch Sixti Wetngärtners Weib die Belehnung des halben Hauses einmal acceptiret, beliebet / und angenommen / welche Belehnung aber / wenn das Weib des Mannes Tod überlebet / pro donatione mortis causâ gehalten wird; So ist auch mehrerwehnte Wetngärtnerische Wittwe ein mehrers nicht / als Inhalts der Belehnung die Helffte des Hauses vorm Petersthor auffn Steinwege gelegen / zu fordern berechtiget. B. R. B. \* Ubi tamen quoad verba finalia hujus responsi superaddi meretur, quod uxor ad ejusmodi lucrum ex donatione vel Investiturâ proveniens non præcisè sit adstringenda, sed ipsius in arbitrium ponendum, an lucrum statutarium, an illud donatum seu relictum ipsa acceptare velit. Gloss. in l. creditorem. 85. ff. de Legat. 2. verb. Creditorem. Franc. Mantica de conject. ultimar. volunt. lib. 10. tit. 2. num. 18. ibi. fatendum tamen est. Jac. Menoch. lib. 4. præsumpt. 110. num. 38. & 55. Berlich. p. 2. decis. 223. num. 37.



CAPUT QUINTUM.

De Modo & Solemnitatibus hujus Investituræ.

Summaria.

1. Conventiones jura Saxonica solemnitatibus firmarunt. 2. Antiquæ solemnitates hujus Investituræ. 3. Quæ ab aula recesserunt. 4. Hodiernæ. 5. Lipsienses in specie recensentur. 6. & 7. Finis harum solemnitatum.

**C**um homines suâ inconstantiam conventiones etiam quoad res allodiales immobiles leviter æstimare solerent, (quæ tamen strictissimè observari congruit,) jura nostra Saxonica voluerunt huic malo certis solemnitatibus prospicere, & statuere, ut conventiones in dictis rebus majorem firmitatem accipiant, contrahentiumq; voluntates ad illas arctius observandas compellerentur, imò & nullus tenerè res suas jactitet; Quod hæc nostrâ Investiturâ feliciter effecerunt, quæ quoad solemnitates pro diversitate temporum & locorum sive Civitatum varia habetur. \* Antiquis temporibus in Saxoniâ sequentes solemnitates, juri civili plane incognitæ, in nostrâ Investiturâ requirebantur, nempe ut contrahentes benè valeant, hoc est, ut hinc inde ire & redire, gladiumq; sine alterius auxilio evaginare pos-

sint, daß sie zu Wege und Stege / oder zu Ring und Gedinggehen / und ihr Schwert ohne Mannes-bilff außziehen / auch so lang für dem Geding und Banc stehen können / biß sie die Gabe gethan haben. Landr. lib. 1. art. 52. Gloss. in Weichb. ad art. 20. num. 29. & seqq. ubi & de rustico requiritur, ut ipse unum sulcum agri jugerum continentis aratione facere possit, daß er einen Umgang pflügen könne einen Morgenlang; & de mulieribus, ut absq; viri vel mulieris levamine templum ab ædibus suis viginti perticis distitum adire, & in judicio tamdiu stare possint, donec hanc nostram Investituram peregerint, daß sie zu der Kirchen / so zwanzig Ruthen von ihrem Hause gelegen ist gehen / und in dem Gericht so lange / biß sie die Gabe verrichtet haben / stehen können. \* Quæ solemnitates omnes videntur potissimum ratione bonorum emphy-

3





teuticorum & censiticorum invaluisse, quæ propter servitia aliaque onera præstanda certo respectu recognoscuntur: attamen hæ solemnitates quoad firmitatem & valetudinem corporis hodiè ab aula recesserunt, *Nobilis. Dn. Reiter, tr. de alienat. p. 1. c. 11. f. 9. num. 2.* quia nostris temporibus etiam ægroti per procuratores speciali mandato hanc nostram Investituram efficere queunt. *add. Magnif. Dn. Struv synt. jur. feud. cap. 5. aph. 3. num. 5.* \* Hodiernis temporibus quoad nostræ Investituræ solemnitates maximè observari debet ipsa cessio seu abdicatio & recognitio, *die Lehns Auflassung und Empfangung* inque librum civitatis publicum inscriptio, *Die Einschreibung in das Standt-Buch.* \* Hinc Lipsiæ more recepto contraahentes coràm confessu Senatus publicè pro tribunali sedentis *für den sitzenden Rath* comparent, ibiq; contractum intimant, suam voluntatem de cedenda re vendita declarant, rogantes porrò, ut solemniter cessio sive abdicatio & recognitio admittatur, quod si illorum precibus nemo interdicat, nullique inde præjudicium imminere videtur, decernitur à Senatu illa solemnis cessio & recognitio; quæ quoad honestiores porrectâ manu, quoad humiliores verò porrecto baculo, à Consule actu re-

gente aut ejus substituto efficitur. Hoc peracto rogatur inscriptio in librum Civitatis publicum, *die Einschreibung in das StadtBuch*, quæ à custode istius libri, nempe Poligrammatèo jussu Senatus perficitur.

\* Hæ solemnitates hoc fine hodiè imprimis videntur introductæ, ut contractus per illas confirmentur & probentur, oneraque rei venditæ incumbentia eousque venditorem sequantur, donec prævia abdicatione emptori adscriptio facta sit, & emptor de titulo possessionis tantò securior fiat, *Gloss. germ. in Landr. lib. 10. art. 34. ab init. Gloss. in Weichb. art. 20. num 27.* dominiumque utile rei emptæ consequatur. \* Hac nostra Investiturâ quoque à Magistratu prospicitur, ne illis, quorum interest, ignorantibus sub & obreptitiè res allodiales immobiles alienentur, nempe quod forsitan res venditæ vel non sint liberæ, vel æri alieno obnoxie vel litigiosæ, aut cui in libro civitatis publico antea fuerint adscriptæ, an venditori vel alio: prætereaque certum notumque est, debitores jamjam decocturos aut fugituros fallaces esse, & in eo studiosos, ut aliquibus gratificentur, aut sibi prospiciant venditis rebus & preciiis secum ablati.



# CAPITULUM SEXTUM. De Effectibus hujus Investituræ.

## Summaria.

1. Quilibet rerum suarum moderator & arbiter est restrictum.
2. Fori Saxonici restrictio
3. 4. 5. 6. Rerum allodialium immobilium requisita in alienatione recensentur.
7. Effectus hujus Investituræ privatus.
8. Publicus.
9. In servitiorum & onerum præstatione
10. In possessione, ubi Lipsiæ quid in specie notandum.
11. Effectus nondum factæ Investituræ.
12. In actionibus civilibus & Prætoriiis
13. Et quidem Empti actione.
14. Venditi.
15. Redhibitoriâ.
16. Æstimatoriâ & quanto minoris.
17. Cujus electio penes emptorem.
18. Tandem in factum actione.
19. Emptor Dominium non consequitur si nostra Investitura omittitur.
20. Exceptio inhypothecâ.
21. usq; 25. Concorso Creditorum.
26. Effectus Investituræ si duobus una res vendita.
27. usq; ad finem. In periculi præstatione venditionis puræ & conditionatæ sive imperfectæ, multa utilia & specialia adferuntur.

1 **Q**uanquam quilibet sit moderator & arbiter rerum suarum, l. 21. C. mand. attamen quasdam illarum non aliter alienare valet, quam Leges & Statuta volunt, quæ non omnem bonorum alienationem indifferenter permittunt. \* Unde etiam in foro nostro Saxonico receptum, novaq; decisione Electorali 61, confirmatum, ut saltem earum rerum allodialium immobilium alienatio, venditione aliove modo facta, dominium in novum possessorem transferat, quæ abdicationem judicalem nostramque Investituram ejus, in quem res alienata transfertur, annexam habeat. \* Nam

2

3 tria præprimis in alienatione bono-

rum allodialium immobilium de jure nostro Saxonico requiruntur ad effectum transferendi Domini. \* (1) Judicialis traditio, die Gerichtliche Übergabe, expeditum namque est, & supra toties dictum, quod in foro nostro Saxonico alienatio extrajudicialis rerum allodialium immobilium non valeat, Weichb. art. 60. in fin. sed judicialis, coram eo judice facta, cujus Jurisdictioni bona tradenda sint supposita: Moller. ad. p. 2. Const. 23. ibiq; Reimb. Rosa, num. 16. \* (2) Alienationis sive domini abdicationis seu resignationis, die Gerichtliche Auflassung, nam non sufficit, ut bona allodialia immobilia vendita aliove modo alienata judicialiter tradantur, & nove

4

E 3 pos-





possessori assignentur, sed ut abdicatione sive renunciatio Domini, coram iudice competente facta, præcedat: *Sandr. lib. 2. art. 30. Magnif. Dn. Franzk. p. m. tr. de laudem. cap. 5. num. 54.*

6 (3) \* Recognitio domini novi possessoris sive nostra Investitura, er muß ausdrücklichen es annehmen/ und damit belieben werden/ si enim recognitio non insequitur, nostraque Investitura omittitur, neququam solâ abdicatione judiciali dominium bonorum allodialium immobilium in novum possessorem transfertur, nec is verè dicitur dominus, jureque domini fruitur, priusquam verbis expressis judicialiter fuerit investitus. *Coler. de process. execut. part. 1. cap. 10. num. 199. Magnif. Dn. Carpz. 1. Resp. 108.*

7 \* Vides itaque præcipuum nostræ Investituræ perfectæ effectum, nempe plenam in emptorem domini translationem. *Magnif. Dn. Carpzov. p. 2. C. 39. def. 35. & lib. 5. Resp. 40. & 41.*

8 \* Quanquam non negandum, hanc nostram Investituram quoad utilitatem publicam non parum effectus habere; Nam ex hac possunt certi harum rerum allodialium immobilium possessores & domini à Magistratu conspici; item tabulæ censuales seu æstima integra fieri, normaque onerum impositionum vé æqua & perfecta observari; denique etiam cætera omnia possunt haberi,

quæ ex possessionibus & possessionum numero sive qualitatibus dijudicanda & ornanda sunt. \* Hinc etiam servicia *Die Pfleg und Dienste so von den Gute zu leisten/* in posterum non à venditore postulanda, si resignatio unâ cum nostra Investitura facta, quia translato dominio aut saltem possessione, statim res cum suo onere ad novum dominum & possessorem transit, quod sanè evidentissimum indicium est translati tum demum domini; aliàs enim & ante renunciationem judicialem factam, ista à venditore exigenda. *add. Nobilis. Dn. Ketter/ tr. de alienat. p. 1. c. 4. sect. 14. num. 7.*

9

10 \* Exinde quoque nosse licet, qui hæc bona comparant, & ubi cives & subditi sua teneant domicilia, an publicæ utilitati proficiat, & Statutis non adversum sit, uti & ego de hoc peculiare Statutum Lipsiæ in novi Senatus introductione publicè audivi, quòd peregrini cives nulla bona allodialia immobilia sive domus emere aut saltem conducere possint, si prius non in civium numerum adoptati fuerint; quod & eò magis de rusticis, aliàs ob speciale quoque Statutum non facile admittendis asserendum.

11 \* Dixi nostræ Investituræ perfectæ effectum præcipuum esse pleni domini concessionem sive translationem, quod non ita accipiendum, ac si hæc omissa, venditionis

con-



9  
 contractus ante illam celebratus, nullum effectum habeat, quæ tamen confirmationis seu traditionis potius, quam ipsius contractus loco est, cuius substantia sine illa salva est.

11  
 \* Inde venditione contractâ, etiam investitura nostra nondum celebrata, actionibus tîm civilibus, ut est empti-venditi, quàm prætoris sive Ædilitis, ut est redhibitoria, æstimatoria, & actio in factum, locum esse, nullus dubitet. *Magnif. Dn. Mævius ad jus Lubec. lib. 3. tit. 6. art. 1. num. 6. 7. & 8.*

13  
 \* Et quidem empti, ex qua emptor ejusvê hæredes, contrâ venditorem ejusvê hæredes, soluto pretio agere potest, ut res vendita judicialiter de jure nostro Saxonico tradatur, quo & possessio & dominium transferatur, eaque talis, qualis vel expresse quid asserendo, vel quid reticendo, est vendita, *l. 6. pr. l. 13. §. 3. ff. de act. empt. eovê loco & tempore destinato, unî cum omnibus fructibus & accessionibus à tempore contractus perceptis, simulque dolus, culpa levis, imò & levissima. Magnif. Dn. Struv. synt. jur. civil. ex 7. th. 50. & ex 19. th. 41. it. ex 23. th. 113. ut & evictio, sine expressa conventionione, l. 6. C. de evict. l. 11. §. 2. ff. de act. empt. usque dum præscriptionis Saxonicae 31. annorum & trium quaterdenarum tempus adimpletum, Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 3. def. 18. à venditore præstetur,*

*add. l. 2. l. 11. pr. & §. 2. l. 68. & tt. ff. de act. empt. l. 6. C. de evict. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 34. def. 28. num. 1. & 2.*

\* Venditi vò actio datur venditori ejusvê hæredibus adversus emptorem ejusvê hæredes, ad consequendum omne id, quod ab emptore, ejusvê hæredibus de re vendita præstari oportet, hoc est, pretium & usuras aliavê post diem traditionis & moram. *l. 13. §. 8. 19. & 20. l. 51. ff. de act. empt. l. 5. C. d. t. Magnif. Dn. Struv. synt. jur. civil. ex 23. th. 106.*

15  
 \* Redhibitoria potest quoque emptor in rebus allodialibus immobilibus emptis *l. 1. pr. l. 49. l. 63. ff. de edil. edict. l. 4. C. eod. contrâ venditorem intrâ sex menses utiles à die contractus vel promissionis uti, l. 19. §. ult. l. 38. pr. l. 55. ff. d. t. ut in totum venditio resolvatur, omniaque in integrum restituantur, hoc est, ut venditor pretium cum usuris & interesse restituat; l. 21. l. 27. l. 29. §. 1. l. 60. ff. de edil. edict. quæ vel ob redicentiam morbi vitivê in corpore latentis, & usum rei emptæ impediens, emptore illud ignorante, venditore autem id sciente; l. 1. §. 1. 7. & seqq. passim, ff. de edil. edict. vel ob dictum promissumvê venditoris l. 17. §. ult. cum legib. duab. seqq. ff. eod. ab emptore uti potest. \* Æstimatoria vel quanto minoris actione potest emptor intrâ annum utilem, l. 2. C. de edil. edict. adversus venditorem*



17 torem ex iisdem causis, ob quas red-  
 hibitoria datur, ad hoc uti, ut quanto  
 minoris is emissit, ignorans rei quali-  
 tatē aut quantitatem, id venditor, qui  
 simul ignoravit, reddere damnetur.  
*in l. 38 pr. l. 43. §. 6. ff. de edil. edict. Treutl.*  
*vol. 2 disp. 2. th. 3. add. Terminei process jud.*  
*cap 37. Magnif. Dn. Carpzov. p. 2. C. 34.*  
 18 def. 9. \* Sed hic incidenter notari  
 debet, quod in electione emptoris  
 sit, an velit redhibitoria, an vero  
 quanto minoris agere. *add. Magnif.*  
*Dn. Struv. synt. jur. Civil. ex. 27. à th. 3.*  
*usq; ad 11 inclusive.* \* In factum actio-  
 ne emptor vel ex eo uti potest, quan-  
 do ipse rem emptam redhibuit, pre-  
 tium vero non recepit. *l. 31. §. 17. & 18.*  
*ff. de edil. edict. vel ob pactum, quo*  
*conventum, ut nisi placuerit, res*  
*empta reddatur. l. 31. §. 22. ff. eodem*  
*Treutl. d. loc. th. 4. Sed hæc ὡς ἐν παραδείῳ.*  
 19 \* Digredior nunc à diverticulo in  
 viam, & dico à contrario, si judicia-  
 lis traditio & abdicatio non præce-  
 dit, nostraque Investitura omittitur,  
 quod ille, cui facta sit venditio re-  
 rum allodialium immobilium, non  
 reputetur pro domino, nec plene do-  
 mini juribus quoad effectum fruatur;  
 quod facile in hoc videri potest,  
 quando emptoris creditores cum  
 venditore in eadem re vendita, pre-  
 tium vero toto nondum ab emptore  
 soluto, concurrunt: ubi venditor  
 ante omnes hypothecas & privilegia

creditoribus emptoris præfertur, &  
 tanquam dominus habetur. *Ord.*  
*process jud. tit. 42. §.* Und in Summa/so  
 oft einer / das / was ihm eigenthümblich zu-  
 steht / fordert / es belange gleich bewegliche  
 oder unbewegliche Güter / soll es ihm vor al-  
 len andern Gläubigern / zugestellet werden /  
 & s. Also auch wann einer / *Magnif. Dn.*  
*Carpz p. 1. C. 28. def. 11. ubi talis præjudicio Am-*  
*plisf. Dn. Scabb. Lips. in causâ Joach. und*  
*Hansen der Arnste Gläubigere / contra Mich.*  
*Stummen / in Prætorio Lipsiensi Mens. No-*  
*vembr. Anno 1634. ventilata, hoc confirmat,*  
*quod sic latum est: Weil nicht zu befinden /*  
*daß Käuffern dem Schuldner Hansen Arn-*  
*sten / das Haus jemals in Lehn gegeben / wo-*  
*durch denn biß zu völliger Abstattung dess*  
*Kauff. Geldes Verkäuffers Kindern und Er-*  
*ben das Dominium vorbehalten worden; So*  
*werden dieselbe vor allen andern Gläubigern /*  
*wie die immer Namen haben mögen / billich*  
 befriediget. \* Nisi quis hypothecam 20  
 tam judicialem quam extra ju-  
 diciallem expressam in fundo vel  
 domo constitutam habeat, ante-  
 quam illum emptor-debitor emerit,  
 qui merito ipsi venditori præfertur.  
*Ord. process. jud. d. t. 42. in pr. vers. Do*  
*auch einer etwas verkauft / & §. Glei-*  
*che Meinung / Magnif. Dn. Carpz. p. 1.*  
*C. 28. def. 20. & 22.* \* Si vero nostra In- 21  
 vestitura sive cessio & recognitio ju-  
 dicialis emptori facta, venditor nul-  
 la prioritate adversus emptoris Cre-  
 ditores uti potest, sed ipse pariter cum  
 iis concurrat, ita ut prior tempore  
 potior jure reliquis indifferenter præ-  
 feratur; *Magnif. Dn. Carpz. p. 1. C. 28.*  
 nisi



def. 23. nisi ipse venditor in hac nostra Investitura dominium aut hypothecam usque solutum sit pretium, expressè sibi reservaverit. *Gail. 2. Obs 15.*

22 \* Attamen ex singulari favore & gratiâ Saxo Illustrissimus personale privilegium in residuo venditionis pretio venditori, qui sibi de jure pignoris expressè non prospexit, ejusvè hæredibus concessit, qui in hoc chirographariis præferuntur, *Ord. process. jud. tit. 49. §. in gleichen ult. Berlich. p. 1. concl. 70. num. 15. Magnif. Dn. Carpzov. p. 1. C. 28. def. 154.* Quid verò juris, si venditor rerum allodialium immobilium pro pretio residuo sibi hypothecam privata conventionè expressè reservavit, haud tamen coràm Senatu? Quanquam nostro in foro ad hanc oppignorationis efficaciam requiratur, ut ea coràm Senatu competente, ubi bona sita sunt, fiat, libroq; publico seu actis inferatur: *Const. Elect 23 p. 2. ibiq; Magnif. Dn. Carpz. def. 1. 20. & 21. interim tamen usus fori nostri Saxonici Senatus auctoritatem hoc in casu remittit. Rauchb. p. 1. quest. 6. n. 25. & seqq. Nobilis. Dn. Reiter. tr. de alienat. part. 1. cap. 11. sect. 7. & 8. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 23. def. 16. ubi hocce præjudicium Ampliff. Dn. Scabb. Lipsiens. in causa D. J. R. S. zu Dresden/ Mens. Mart. Anno 1633. compositum refert: Und es befindet sich/das das erkauffte Haus bis zu gänzlicher Bezahlung der Kauff-*

Summen/zum Interpfand dafür verschrieben worden. Wann nun gleich über solche Verpfändung kein ausdrücklicher Gerichtlicher Consens ertheilet worden wäre. Die weil aber dennoch bewehrter Rechts-Gelehrten Meinung nach / dergleichen Hypothecen, so in verkauften Gütern wegen des hinterstelligen Kauffgeldes vorbehalten worden/wann sie gleich auch nicht Gerichtlichen confirmiret, noch auffgerichtet worden/zu Recht kräftig und beständig seyn. *Diss. Moller. ad d. p. 2. C. 23. num. 2. & seqq. & lib. 1. semest. 4. Berlich. p. 2. concl. 29. num. 51. & seqq.* \* Sed quæri hîc debet, si statim in contractu emptionis<sup>24</sup> venditionis domini translati fiat mentio, daß man dem Käufer das verkauffte Gut hitemit und Krafft dieses Erb und Eigenthümlich etnge-räumet haben wolle/ an hæc & similia verba etiam judicialiter prolata de jure nostro Saxonico ad domini translationem, absque nostra Investitura adhibita, sufficient? Quod omninò negandum, quia ejusmodi solemnitas præsertim post novam decisionem Electoralem 61. alius actus æquipollentis ex conjecturata mente contrahentium comminisci nequit; sed alia potius interpretatio est admittenda quæ nostram Investituram, cui renunciare planè non licet, non remissam asserat.\* Ideoq; si in qualicumque etiam Instrumento ejusmodi<sup>25</sup> verba reperiantur, illa de dominio non formaliter sed materialiter & effectutenus, sive sub hâc conditio-



ne, si cœtera, nempe pretii solutio & judicialis abdicatio & adjudicatio siue nostra Investitura insequatur, intelligenda est. *add. Magnif. Dn. Carpzov. 1. Resp. 102. Nobiliss. Dn. Reiter, tr. de alienat. p. 1. c. 4. sect. 15. \**

26 Tandem etiam effectus nostræ Investituræ in hoc videri potest, si duobus una res allodialis immobilis in solidum vendita est, ubi ille, cui prius cessio siue nostra Investitura facta, rem venditam retinet, licet alter possessionem ejus citius præoccupavit, quia ea traditionis loco & effectus est *add. Magnif. Dn. Mevium ad jus Lubec. lib. 3. tit. 6. art. 1. num. 10.*

27 Nunc etiam paucis quoad effectum nostræ Investituræ de periculi præstatione dicendum, quatenus nimirum post emptionem (quæ vox hic omnem alienationem & contractum denotat, *l. 29. §. 1. in fin. ff. de stat. liber.*) sed ante Investituram hanc factam emptor vel venditor periculum siue casum

28 fortuitum præstare teneatur. \* Quâ in re ante omnia videndum, an contractus siue emptio perfecta sit nec ne; Unde nosse proderit, si speciatim dicatur quando contractus siue emptio perfecta & non perfecta sit, & quis in ea casum fortuitum siue periculum ferre debeat. \* Est itaque

39 contractus siue emptio perfecta, si ipsa purè & non conditionatè concepta, simulque de pretio certo rei

venditæ conventum est, licet res mediante nostrâ Investiturâ non fuit judicialiter tradita. \* Quâ in emptione statim obligatio ad implendum contractum producitur, *pr. Inst. de empt. vend. l. 2. §. 1. ff. de contrah. empt. §. ff. de pericul. & commod. rei vend. ita ut quilibet contrahentium suæ satisfaciât obligationi, & præstet, quod contractu promissum. l. 4. C. de act. empt. Magnif. Dn. Struv. synt. jur. civil. ex 23. th. 21. & 97. \**

30 Unde statim hac in emptione perfecta regulariter tam de jure civili, quàm Saxonico, periculum siue casum fortuitum, quem nullum humanum consilium prævidere potuit, *l. 2. §. 6. vers. si eo tempore. ff. de administr. rer. ad civitat. pert. emptor ferre tenetur, quia & commodum statim ad eum pertinet, §. 3. Inst. de empt. vend. l. 7. l. 8. l. 11. ff. de pericul. & commod. rei vend. l. 1. l. 4. l. 5. C. eod. licet mediante nostra Investitura res judicialiter non fuerit tradita, Magnif. Dn. Carpzov. p. 2. C. 26. def. 20. ubi hoc tali Ampliss. Dnn. Scabb. Lipsiens. sententia, in causa Reginae Vidue Joh. Johannens zu Pönig/ Maj. Majo Anno 1623. lata confirmat, quæ meretur transcribi, sic sese habens: Hat euer Ehemann ein Hauß vor und umb 550. Fl. erkaufft und an sich gebracht / darauß auch allbereitt 113. Fl. baar gezahlet. Und es ist solches Hauß nach deme die Ränferl. Soldaten die ganze Stadt in Brand gesteckt / zugleich mit verbronnen / und in die Asche*

32

33

34



Asche g. legt worden. Ob nun wol gedach-  
 ter euer Eheman berührtes Haus nemabls  
 in possess und Zehn bekommen / und also das  
 Dominium daran noch zur Zeit nicht er-  
 langet; Dieweil ihr aber dennoch nicht in  
 Abrede seyn könnet / sondern gestehen müisset /  
 daß der Kauff einmahl richtig geschlossen  
 worden. So ist auch euer Eheman und  
 nunmehr desselben Erben den durch die  
 Feuers, Brunst entstandenen Schaden zu  
 tragen / und des Verkäuffers Erben die rest-  
 32 lende Kauffgelber abzustatten und zu bezah-  
 len schuldig. B. R. W. \* Quod & in  
 tantum verum est, ut etiam emptor  
 neque ad interesse, neque ad pretium  
 solutum repetendum adversus ven-  
 ditorem agere possit, sed potius ipse  
 emptor ejusvé hæredes compelli de-  
 bent, ut pretium nondum solutum  
 venditori vel ejus hæredibus exsolva-  
 tur. d. §. 3. Inst. de empt. vend. l. 5. §. fin.  
 ff. de rescind. vend. add. Magnif. Dn.  
 Struv. syntagm. jur. civil. ex. 23. th. 98.  
 Magnif. Dn Carpz. p. 2. C. 26. def. 20.  
 33 num. 2. \* Sed dictis, quando nempe  
 emptor in venditione purè perfectâ,  
 casum fortuitum rei venditæ ante  
 nostram Investituram regulariter  
 ferre teneatur, ob stare possit, quòd  
 scilicet ante illam solemnem cessio-  
 nem sive Investituram emptor non  
 sit dominus, uti suprâ dictum, sed  
 venditor, cui ut domino res hoc casu  
 fortuito extincta & consumpta me-  
 ritò perire debeat. l. 9. C. de pign. act.  
 Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 12. n. 15.  
 34 \* Attamen cum emptor perfecta em-

ptione statim jus è vi empti actionis  
 habeat dominii, quodocunque vo-  
 let, nanciscendi; meritò & ipse ca-  
 sum fortuitum ferat, quia hac in em-  
 ptione pura emptor perinde haberi  
 debet, ac si ante nostram solemnem  
 cessionem seu Investituram ipse jam  
 esset dominus, cum non steterit nisi  
 per eum, quo minus Investitura hæc  
 sive cessio solemnis peracta sit. arg.  
 l. 15. ff. de R. J. Ant. Faber, in Cod. lib. 4.  
 tit. 40 def. 8. num. 9. \* Proinde hic 35  
 etiam non procedere potest hoc axio-  
 ma l. 9. C. de pign. act. quòd res suo  
 domino pereat, quia ibi dominus iis  
 opponitur, qui solum usum vel cu-  
 stodiam aut possessionem habent,  
 non illis, qui ex conventionem jus, rem,  
 quodocunque voluerint, avocandi  
 & in se transferendi quæsitum tenent.  
 \* Tandem quoque non obtinet hæc 36  
 regula in illis contractibus, ex qui-  
 bus res aliqua certa alteri debetur;  
 in his enim res perit illi, cui ipsa de-  
 betur. l. 5 ff. de R. C. l. 33. ff. de V. O. l. 5.  
 §. 1. vers. sed si. ff. de presc. verb. \* 37  
 Quando dixi, quòd casus fortuitus  
 in hac purè concepta emptione sta-  
 tim ad emptorem spectet, hoc saltem  
 procedit, si dolus vel culpa venditò-  
 ris casui, qui accidit, non intervenit,  
 & venditor non in mora est, quo mi-  
 nus res hac nostra solemnem cessione  
 seu Investitura tradatur; \* Secus  
 vero si res dolo vel culpa venditoris, 38



fortè vel ob vitium in re ante contractum celebratum latentem, *l. ult. C. de pericul. & commod. rei vend. l. 44 ff. de contr. empt. vel ob moram, quo minus nostra Investitura celebretur, pereat, tunc meritò casus fortuitus à venditore ferri debet. §. 3. ibiq; Schneidew. num. 8. Inst. de empt. vendit. l. 15. ff. de peric. & com. rei ven. l. 13. §. 3. ff. de act. empt. l. 33. ff. locat. add. Magnif. Dn. Struv. synt. jur. civil. ex. 23 th. 99. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 26. def. 25. ubi notabiles sententia Ampliff. Dn. Scabb. Lipsiens. de moroso venditore Mens Majo Anno 1632. in causa Martini Schwarzens zu Leipzig lata refertur, quæ sic sese habet: Ob wohl sonsten Vermöge der Rechte nach geschlossenem Rauff den Schaden des verkaufften Guts / der Käufer / wenn auch gleich die Tradition und Übergabe noch nicht erfolgt / zu tragen schuldig. Da aber dennoch euer Verkauferrinn euch das verkauffte Haus auff euer Ansuchen in Lehn zu geben sich geweigert / und dergestalt *in mora tradendi* gewesen / ic. So wäre sie auch den durch berührte Feuers. Brunst entstandenen Schaden zu tragen / und euch das außgezahlete Rauff Geld wieder zuerstatten schuldig. B. R. W. \* Hæcenus dicta in emptione perfecta si ve pura de casu fortuito sic sese habent: Sequitur ut paucis æquè & in imperfectam si ve conditionatam emptionem inquiratur, & quis in eâ casum fortuitum ante nostram investituram ferre teneatur. \* Imperfecta itaque habetur emptio si specialiter conventum, ut consensus exprimatur*

vel per scripturam, & hæc nondum confecta sit; §. 3. *Inst. de empt. vend. vel quòd firma quidem sed quodammodo ob expressam vel tacitam conditionem obligatio suspensa sit. §. 4. Inst. d. t. l. 7. ff. eod. l. 8. ff. de pericul. & commod. rei vend. l. 34. §. 5. ff. de contr. empt.* \* Nam aliquando contrahentibus placet, ut emptio venditio scriptura conficiatur; & si de hoc contrahentium animo constet, non aliter habeatur perfecta emptio venditio, quàm si scriptura vel publica vel privata debito modo absoluta sit. *pr. Inst. de empt. vend. l. 17. C. de fid. instrum. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 33. def. 12. Magnif. Dn. Philippi in usu pract. Inst. lib. 3. ecl. 69.* \* Sub conditione verò cum fit emptio, obligatio & actio ad aliquem casum differtur, ut deficiente conditione, contractus retro sit nullus, seu perinde habeatur, quasi non intercesserit, *l. 37. ff. de contr. empt. ea vero existente, perfecta demum sit emptio, & perinde habeatur, ac si ab initio parè contracta & inita sit l. 7. pr. ff. d. t. l. 213 ff. de V. S.* \* Si scriptura, quâ specialiter placuit consensum istum exprimi, nondum sit confecta, pœnitentiæ locus est, & potest emptor vel venditor sine pœna recedere, *Magnif. Dn. Struv. synt. jur. civil. ex. 23. th. 22 & 23. licet arrhæ datae sint, quæ tamen à recedente amittuntur. pr. Inst. de empt. vend.*



vend. l. 17. ff. de fid. instrum. add. Magnif. Dn. Lauterbach. tr. de arrha. cap. 8. sect. 2  
 44 th. 102. & seqq. \* Sed quando ob conditionem emptio non est perfecta, ab ea non licet pendente conditione pœnitere, Magnif. Dn. Struve synt. jur. civil. ex. 23. th. 24. cum conditionales conventiones ejusdem sint naturæ, ut nec pendente conditione invito altero licita sit unius pœnitentia. \*  
 45 Nam in hisce conventionibus sub conditione celebratis. pendente conditione subest aliquid, quod negotium quodammodo vivificat & sustentat: ac quanquam nondum adfit debitum & jus quæsitum aliquid ab invito exigendi; adest tamen radicata spes debitum iri; quæ etiam ad hæredes transmittitur, §. 4. Inst. de V. O. §. penult. Inst. de inutil. stipul. Licet nondum nata sit obligatio; concepta tamen est; & ea obligatio nondum perfecta tamen inchoata dicitur  
 46 \* Quapropter licet emptio venditio conditionalis non sit perfecta ratione obligationis & actionis; pro perfecta tamen habetur ratione pœnitentiæ, ne scilicet unus altero invito ab ea recedere possit, l. 8. ff. de pericul. & commod. rei vend. etiam si quidam illorum cum dispendio arrharum recedere & pœnitere velit. Magnif. Dn. Lauterbach, d. tr. de arrha cap. 8. sect. 2.  
 47 th. 119. 120. & 121. \* Hac in emptione venditione imperfecta quæ scriptura

conficienda celebrata est, periculum five casum fortuitum venditor usque dum scriptura confecta est, ferre tenetur, arg. §. 3. verb. cum sine scriptura & pr. Inst. de empt. vend. l. 17. C. de fid. instrum. l. 4. C. de pericul. & commod. rei vend. Schneidew. ad d. §. 3. Inst. de empt. vend. num. 4. nisi emptor in mora fuerit, quo minus scriptura confecta sit, ubi casus fortuitus ad morosum emptorem spectat. l. 23. & 24. l. 91. §. sequitur. 3. ff. de V. O. Zanger. de except. part. 3. cap. 2. num. 83. Ant. Faber. In Cod. lib. 8. tit. 29. def. 7. \* In conditionali  
 48 verò emptione, si conditio adhuc pendet, & nostra Investitura nondum celebrata, venditoris regulariter est periculum five casus fortuitus, si res in totum interiit, l. 8. ff. de pericul. & commod. rei vend. l. pen. C. eod. ibiq. Magnif. Dn. Brunnem. & Magnif. Dn. Wiffenbach. Harppr ad §. 3. Inst. de empt. vend. num. 8. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 26. def. 21. & lib. 1. Resp. 108. num. 16. nec non decis. 131. num. 13. non verò si ea in partem est deteriorata, quod damnum particulare ad emptorem pertinet; d. l. 8. pr. vers. sane si extet res ff. de pericul. & commod. rei vend. ubi Gothofr. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 26. def. 22. Magnif. Dn. Brunnem. & Wiffenb. ad l. pen. C. de pericul. & commod. rei vend. \* Cujus  
 49 diversitatis ratio hæc dari potest, quia in venditione conditionali quoad deteriorationem rei seu damnum particulare



culare conditio retrotrahi debet ad tempus contractus, adeoque fictione juris emptio perinde haberi, ac si ea ab initio pure contracta sit; quæ fictio in interitu alicujus rei totali locum obtinere nequit, quia re perempta non reperit, ubi figat pedem, arg. l. 15. & l. 16. ff. ad L. Aquil. Fab. de mont. de empt. quest. 6. num. 47. neque res quæ periit, tradi amplius potest, ac proinde hoc casu emptio nunquã perfici potest. add. Magnif. Dn. Joh. Philippi in us. pract. l. 3. ecl. 74. ubi hæcenus dicta sententia Ampliff Dnn. Scabb. Lips. in causa Michaelis Sinderisens/ und Hansen Pantzsch zu Euteritzsch/ Mens. Decembr. An. 1631. lata, ita confirmat, quæ transcribi meretur, sic sonans: Als ihr Bus Copien eines Subhastation-Scheins und Vergleichung mit A. B. bemarckt/ b. e. f. zugeschickt/ und Euch d. s. w. hat im verschieenen Monat Junio Zacharias Mauraußs Wittib/ mit ihren Stiff. Kindern/ euren Ründlein/ das Erbe nach Dorffs. Brauch getheilet/ und ihres verstorbenen Ehemans Bauer. Guth daselbsten umb 400. Fl. darumb es subhastiret werden solte/ wann sich niemand finden würde/ der ein mehrers geben wolte/ vor denen Land. Gerichts. Herren alhier/ mit Einwilligung ihres Curatorn/ käuflichen anzunehmen sich erklæret/ worauff die Subhastation ergangen; Ehe und zuvor aber die letzte Proclamation erfolgt/ seynd nicht allein die Chursl. Reuter in selbtiges Guth einquartiret worden/ sondern es ist auch nochmahls der Feind dahin ein gerahen/ von welchen allerseits an Pferd. den/ Viehe/ Getrâidig und Hausrath in die 600. Fl. Schade geschehen. Ob nun wohl/

ehe und zuvor die *Conditio* sich ereignet/ und also der Kauff vollkômnen gewesen/ gedachter Krieges. Schaden erfolgt/ welchen/ Inhalts der Rechte/ der Verkäufer zu tragen schuldig, Diemeil aber dennoch solches allein von dem Total. Schaden/ und gänzlicher Ruin des verkauften Stücke Guts zu verstehen/ die *deterioration* aber un Berringerung des Stück Guts/ darunter gegenwärtiger Kriegs. Schaden zuziehen/ auch in *venditione conditionali* vor der tradition dem Käufer zu wachsen thut. So hat mehr. gedachte Wittib als Käuferin mit ihrem Fürwenden sich nicht zubehelffen/ sondern sie ist den Schaden für sich zu tragen schuldig / v. R. w. \* Nonnunquam etiam accidit, quod bona allodialia immobilia vendentes, pro pretio terminis distinctis exsolvendo, illorum dominium vel hypothecam usque ad solutionem totalem sibi reservare soleant, quod tamen in specie vel ante nostram Investituram, vel in ejus actu expresse fieri debet, ord. proc. jud. tit. 42. in pr. vers. da auch einer etwas verkaufft/ Magnif. Dn. Carpz, p. 1. C. 28, def. 20. num. 6. & 7. & lib. 1. Resp. 108. qui venditores sibi tam quoad assecurationem pretii, quam quoad prioritatem satis benè prospiciunt, \* Nam venditor, qui in casum pretii non soluti rei venditæ dominium, vel saltem hypothecam in ea retinuit, omnibus aliis creditoribus, etiam hypothecariis antiquioribus, qui nempe in omnibus bonis debitoris, præsentibus & futuris generalem hypothecam consecuti fuere, ratione pretii, sibi debiti, in re vendi-





vendita præfertur, Ord. proc. jud. d. tit. 42 in pr. vers. da auch einer/ Magnif. 52 Dn. Carpz. p. 1. C. 28. def. 20. num. 4. \* Attamen ipsi venditori aliunde ex hoc periculum imminet, nempe si forte accidat, quod res allodialis immobilis vendita ante dominii abdicationem combustione, bello, aliove casu fortuito totaliter pereat, tunc hæc dominii reservatio operetur, ut damnum totale non verò particulare venditori ceu domino, ut dictum, cedat, Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 26. def. 21. & 1. Resp. 108. num. 25. & 26. isque partem pretii jam soluti & accepti emptori restituat; Paul de Castro in l. si fundus. ff. locat. Borquin. Cavalcan. part. 2. decis. 9. num. 4 & 5. Emilian. Consil. 129. Magnif. Dn. Carpz. 1. Resp. 108. num. 9. ubi in Scabinatu Lipsiensi ita judicatum esse dicit. \* Quod tamen in hypotheca tam de jure civili, quàm Electorali Saxonico, aliter sese habet, quando sine dolo & culpa creditoris res oppignorata casu fortuito perit, ubi creditor ob hanc casualem pignoris amissionem creditum suum non perdit, l. 9. c. de pign. act. l. 5. l. 6. C. eod. tit. §. ult. Inst. quib. mod. re contrah. obl. Const. Elect. 26. p. 2. ubi Moller. num. 3. & Magnif. Dn. Carpz. def. 1. neq; casum fortuitum hoc casu ferre tenetur. d. l. 9. & l. 5. C. de pign. act. Coler. p. 1. decis. 9. num. 1. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 26. def. 4. num. 7. & 8.

\* Porro non obstante dominii reservatione emptor quoque interitum rei venditæ universalem ferre debet, si is fuerit in mora solvendi, præter lapsis scilicet terminis exsolvendo pretio definitis, quod in odium committentis moram, quæ periculum ejus facit, introductum l. 2. C. de pericul. & commod. rei vend. l. 14 §. 1. ff. deposit. l. 15. §. ult. ff. de R. V. l. 39. §. 1. l. 47 §. ult. ff. de legat. 1. l. 2. C. de usu & usufr. leg. Magn. Dn. Carpz. p. 2. C. 26. def. 25. & lib. 1. Resp. 108. n. 27. & 28. Quod & ampl. Dn. Scabb. Lips. ad requisitionem Christian. Germars/zu Meissen/ Mens. Febr. An. 1638. in sententionando observarunt, quæ verba sententiae sic sese habent: Ob nun wol Verkaufsetru wegen der Angeldere ihr das Dominium vorbehalten/ daher der Kauff Contract pro conditionali zu achten/ in welchem Fall das Periculum Verkäuffern zuwächst. Diweill aber dennoch ihr als Käufer mit vollständiger Abstattung des letzten Termins der Angelder in mora gewesen. So mag gestalten Sachen nach/ obgedachter Brand. Schaden über die Verkäufferin nicht gehen/ sondern ihr send denselben vor euch zu tragen/ und die rückständige Angeldere und Tagzeiten der Verkäufferin/ weil sie sich der actione personali ex empto expresse nicht begeben/ nochmahls zubezahlen schuldig/ v. R. w. Ultimo nunc 55 notandum, quod si in contractu emptionis-venditionis dies nostræ Investituræ celebrandæ fuerit adjecta, periculum sive casum fortuitum emptor sustinere debeat, quia venditio sine ea pure perfecta est. add. l. 2. in fin. ff. d. in diem addict.

CAPIT



CAPUT SEPTIMUM SIVE ULTIMUM.  
 Contraria, sive quando hæc no-  
 stra Investitura finitur ex-  
 hibet.

Summaria.

1. Resignatio judicialis dominium transfert. 2. Qua huic Investiture contraria. 3. In Con-  
 cursu Creditorum circa prædium sine Investiturâ venditum, eexecutio Creditoribus con-  
 ceditur, 4. Investiturâ finitur resignatione judiciali. 5. Emptio-venditio non est  
 modus transferendi dominium. 6. Emptor potest rem occupare & venditorem ad re-  
 signationem cogere. 7. & 8. Quid juris si venditor vel emptor resignatione factâ, an-  
 te inscriptionem moriatur. 9. Mors Civilis & naturalis hanc Investituram in utili  
 domino solvit. 10. usque ad 19. Multa utilia circa mortem naturalem inter liberos  
 distinctè servanda. 20. Circa ascendentes. 21. Collaterales. 22. usque 29. Sta-  
 tuta & Consuetudines hæc in Investiturâ ante omnia observentur. 30. 31. An heredes  
 conjunctim unum ex se eligere, vel Curatorem (Lehnträger) constituere possint, qui hanc  
 Investituram petat. 32. An ipsi heredes à Magistratu cogi possint, ut ipsi ad Investi-  
 turam petendam unum ex se eligant, vel Curatorem constituent. 33. Si Curator mor-  
 tuus. 34. 35. Aut adhuc in vivis in mortuo domino utili 36. Mutatione Domini directi &  
 utilis facta, quid juris. 37. usque 44. Notabilia circa mutationem domini directi.  
 45. usq; 61. Circa utilis Domini mutationem in emptione perfectâ & imperfectâ seu  
 conditionali multa specialia recensentur. 62. Quid in Permutatione. 63. 64. 65. In  
 dotali re immobili servandum, traditur. 66. usque 70. An tempore hæc Investi-  
 turâ finiat. 71. usque ad fin. Si novus possessor, antequam & ipse Investituram à Ma-  
 gistratu petiit, alij denuò rem immobilem vendit, quid juris ostenditur.

**S**icut Vasallus, licet con-  
 sensu Domini, rem feudalem al-  
 teri vendens, secundum Consue-  
 tudinem nostrâ Saxoniam, jus feudi  
 sive utile dominium rei feudalis non  
 cæsetur in alium transtulisse, si ipse suo  
 Domino hoc non resignaverit, ehe er  
 die Lehn auffalassen / Hartm. Pistor  
 bs. 230. Magnif. Dn. Stuy. synt. jur. feud.

cap. 8. aph. 11. num. 4. & cap. 13. aph. 9.  
 num. 6. Magnif. Dn. Carpz. 5. Resp. 40.  
 ita & dominium rei allodialis immo-  
 bilis in alium jure nostro quoque Sa-  
 xonico firmiter & plene transferri  
 nequit, si ipse dominus venditor aut  
 alienator possessionem sive domi-  
 nium in re vendita judicialiter non re-  
 signat, Die Lehn nicht Gerichtlichen  
 auffläset /



- ouflasset / quia plenum dominium hac resignatione intermissa penes venditorem & alienantem manet, & emptor solum nudam detentionem nanciscitur. *Berlich. part. 1. concl. 64. num. 52. Magnif. Dn. Carpz. d. lib. 5. Resp. 40. n. 13. & seqq. & Resp. 41. n. 7. nec non part. 2. decis. 27. Magnif. Dn. Richter tr. de privil. Credit. cap. 2. membr. 1. num. 63. & seqq.*
- 2 \* Hinc si resignatio sive abdicatio judicialis non præmissa impedit, quod dominium, etiam si quis in fundum à venditore sit inductus, mediante nostra Investitura non transire possit in emptorem; sequitur eam maximè nostræ Investituræ contrariari, quia hæc nec rectè incipere & celebrari potest, si ipsa non præcessit. \*
- 3 Ex traditis observatu digna sequela illa attendenda, quod si aliquis vendiderit prædium, & postmodum super bonis ejus moveatur concursus Creditorum, nisi cum venderet, etiam resignatio judicialis accesserit, quantumvis traditum sit prædium, in illud tamen posse executionem à Creditoribus peti. *add. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 39. def. 35. Atque sic Amplissimos Dnm Scabinos Lipsienses respondisse accepi an Heinrich Delsen vnd Andreas Paden zu Quedlinburg Mens. Jan. 1651. Item versus Patriam meam Prætorio Annebergensi Mens. April. An. 1654.* \*
- 4 Nunc merito ex dictis concludendum nostram Investituram PRIMO hac resigna-

tionem judiciali finem sortiri, quod sane magnam æquitatis speciem habere videtur: si enim jure civili statim per quasi traditionem sive inductionem in fundum, habita saltem de pretio fide, dominium rei allodialis immobilis transeat in emptorem, & postmodum sæpè contingat, emptore amplius solvendo non existente, alios tempore antiquiores Creditores huic venditori in re ab ipso venditâ præferri; certè nulla hujus iniquitatis evitandæ melior in nostra Saxonia excogitari potuit ratio, quàm si domini translatio sive nostra Investitura impediretur, usque donec pretio toto, nisi in ipso actu Investituræ aliter conveniatur, exsoluto, resignatio sive abdicatio domini plenaria præcesserit, aut ejus in nostra Investitura expresse mentio facta fuerit, quia & eam Investituram emptor absq; pudore antea desiderare nequit. Nam emptio-venditio rerum allodialium immobilium, etiam extrajudicialis, ut supra dictum, est quidem per se causa efficiens ad dominium transferendum, sed non modus transferendi, qualis de jure civili est inductio in fundum, de jure verò Saxonico judicialis resignatio nostraq; Investitura \*

\* Hac de causa jure nostro Saxonico rem allodiam immobilem emptam ad hunc effectum emptor etiam occupare & retinere potest, si

G



Resignatio judicialis nondum facta, ut venditor sive alienator eam instituat, *Landr. lib. 1. art. 9.* licet hæc in instrumento venditionis non sit ad dita, aut de eâ faciendâ expressè conventum: attamen per paucissima tàm veterum quam recentium venditionum instrumenta inveniuntur, in quibus clausula de resignatione judiciali post exsolutum pretium faciendâ, expresse non est inserta; uti & alias majoris cautionis ergò, absq; ulla necessitate, plures iisdem cautelæ, & imprimis de evictione præstandâ adhiberi solent, quæ tamen ex ipsius contractûs emptionis-venditionis naturâ, uti & hæc resignatio, per se debentur, *add. Nobiliss. Dn. Reiter, tr. de alienat. p. 1. c. 4. sect. 12. num. 7. & seqq. \**

7 Sed hic quoad resignationem judicialem quæri posset, si venditor vel emptor resignatione & abdicatione factâ ante procuratam inscriptionem, ebe die Lehns-Auflassung in das Erb-Buch geschrieben würde moriatur, an sufficiet inchoatum actum, an hanc inscriptionem requisitam ab hæredibus addi, an verò prius repeti necesse sit? Videtur quidem hæredes tàm venditoris, quàm emptoris ad reiterationem primi actus teneri, ne alius cessionem acceptet, aut alterius nomen in libro publico inscribatur; imo & alias de jure civili omnes contractus ad hæredes transire, *l. 49 ff. de O & A. tam active quam passive: l. un. C.*

*ut act. ab hæredib. & contr. hæred. incip.*

\* Attamen jus nostrum Saxonicum generale hoc in casu hæredes nō præcisè ad hanc impletionē videtur cogere; Nam si venditoris hæredes rei venditæ pretiū restituerent, res penes ipsos manere possit; *Landr. lib. 1. art. 9. Coler p. 1. decis. 8. num. 3.* interim tamen de jure Saxonico Electoris speciali hæredes ad hanc impletionē teneri haud obscurè ex *Const. Elect. 3. nondum editâ certisq; de causis non publicata*, hoc affirmandum, in quâ liberi hæredes rei allodialis immobilis alienatæ & venditæ nondum factam resignationem & traditionem judicialem perficere tenentur, at solum in illis alienationibus, quæ non retractari possunt, qualis est emptio nuda & perfecta, non verò conditionata & imperfecta, *in verb. daß in Fällen darinnen der Sohn des Vaters alienation nicht hinterziehen kan / auch die Auflassung der verkaufften Lehn zu thun pflichtig sey. \** Sed cum in omnium ore sit, mortem omnia solvere, *l. ult. vers. homini C. de Episc. & Cler. Nov. 22. c. 22.* meritò & nos porro SECUNDO dicere cogimur, quòd & ipse mors quoque regulariter nostram Investituram solvat, si ille dominus utilis, cui vel per se, vel per Curatorem (Lehnträger) ea concessa est, vel naturaliter vel civiliter moriatur: nam mors civilis maximè similis est naturali; *l. 209. ff. de J. R.*

8

9



8  
 R. J. sicuti etiam mors naturalis ho-  
 mines ex societate & consortio alio-  
 rum tollit, ita mors civilis delin-  
 quentem ex consortio civium quasi  
 mortuum exterminat, §. 1. Inst. quib.  
 mod. patr. potest. solv. l. 63. §. ult. ff. pro  
 soc. l. 5. pr. ff. de bon. damnat. omniaque  
 quæ juris civilis ei aufert. l. 17. §. 1. ff. de  
 10 pæn. \* Attamen de jure Saxonico  
 excipiendum, & dicendum, quod ipse  
 dominus utilis naturaliter non verò  
 civiliter mortuus nostram Investitu-  
 ram sibi ipsi, non verò per Curato-  
 rem (Lehnträger) concessam, in suc-  
 cessione legitima sive ab intestatò,  
 quoad suos hæredes descendentes si-  
 ve liberos solum transferat, add. Con-  
 sult. Const. Sax. tom. 1. p. 1. quest. 26. Ber-  
 lich. p. 2. decis. 171. si speciale Statutum  
 vel etiam Consuetudo, quæ hoc in  
 casu valent, aliud non suadeant,  
 Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 39. def. 21. & 22.  
 quia ipsi defunctum repræsentent,  
 inq; omnia ejus jura succedant; imo  
 & ipsi liberi non solum in priori Pa-  
 9 rentum Investitura videantur com-  
 prehensi, sed & quodammodo domi-  
 ni vel quasi bonorum paternorum  
 etiam in vita Patris habeantur, l. 11. ff.  
 de liber & posthum. quod dominium  
 quoque in illis continetur, Const.  
 Elect. tit. von der Lehnwahr (quæ est in  
 ordine prima earum, quæ typis quidem  
 impressæ, sed certis de causis non publicatæ  
 sunt) circa fin. ibi: **Dieweil das Domi-**

nium in dieselbe (scilicet collaterales &  
 extraneos uti in liberos) ipso jure nicht  
 continuiret noch gebracht wird/ & s. desglei-  
 chen wann der Besitzer/ Zins- oder Erbmann  
 stirbet/ und lasset Kinder/ so seynd dieselbe  
 Lehnwahr zu geben nicht schuldig/ weil sie in  
 der vorigen Investitur begriffen. add. Coler  
 part. 1. decis. 33. n. 35. Magnif. Dn. Franzk.  
 p. mem. tr. de laudem. cap. 8. num. 10. & seq.  
 Magnif. Dn. Carpz. 1. Resp. 88 num. 5. & 6.  
 \* Hinc si liberi cohæredes in com-  
 munionem rei allodialis immobilis, 11  
 quæ in successione ab intestato jure  
 hæreditatis ad eos devoluta est, per-  
 manent, & solum partium divisio-  
 nem instituunt Investitura tam gene-  
 ralis, quam specialis (die gesambte und  
 sonderbare Lehn) ab illis exigere nequit,  
 quia revera personæ possessorum in  
 hac divisione non mutantur, sed po-  
 tius declarantur; stante namq; com-  
 munionem, in re communi hæredes in  
 qualibet minima parte dominium  
 habent. l. 2. ff. de condit. Instit. l. 25. §. 1. ff.  
 de V. S. \* Adeoque per hanc divisionem 12  
 novum dominium dividendum non  
 acquiritur, sed id, quod antea cohæ-  
 redum pro indiviso erat, pro virilibus  
 portionibus inter eos distribuitur.  
 Amed. de Ponte quest. laudemial. 25. imo  
 hæc divisio alienatio, in quâ hujus  
 Investituræ exactio locum habet, mi-  
 nimè dici potest, sed saltem partium  
 distributio. add. Magnif. Dn. Carpz. p. 2  
 C. 39. def. 23. \* Nunc si verum, quod 13  
 hæredes descendentes sive liberi ad-  
 hac



huc in communione viventes Investituram nostram rei allodialis immobilis petere non teneantur, facile videri potest, uno ex liberis cohæredibus communiõne adhuc durante mortuo, reliquos in portione illa hæreditaria, quam à defuncto nanciscuntur, ad nostram Investituram petendam ejusque laudemium exsolvendum non teneri, quia dominium hoc casu inter eos nondum separatim & divisum. *Magnif. Dn. Carpz. p.2. C.39. def.24. ubi hoc sequenti sententia in causa Georgii Balthasari & Johannis Bernhardi à Fitzers, Mens. Decembr. An.1630. ab Ampliff. Dnn Scabb Lipsensib. lata, confirmat: Und es hat sich begeben/dasß unter denen Kindern und sambtlichen Mitteln Erben/eines und das ander verstorben. Da nun solches eheund zuvor sie sich in der Eltern Güter gethellet/geschehen wäre/ so möchten die überlebende Kinder wegen der verstorbenen Antheile/weil sie nochmahls in gesamter Belehnung der Väterlichen Güter gewesen/ Zehn wahr zu geben nicht angehalten werden.*

14 *v.R.w. \* Sed si divisio inter liberos hæredes ab intestato succedentes ita instituitur, ut unam rem allodiam immobilem totam unus solus habeat, & reliquis in pecunia aut aliis rebus mobilibus vel immobilibus hæreditariis satisfiat, tunc illi, qui unam totam rem allodiam immobilem acceperunt, nostram Investituram petere ejusvè exinde laudemium, (quod tam in Electoratu, quàm Ducatibus Saxonix plerisque in locis ex consuetudine in singulis centenis, quino*

rum, quandoque sed rarius decem florenorum est, *Color. p.1. decis. 32. num. 33. Magnif. Dn. Carpzov p.2.C.39. def.12.*) solvere debent, quia hæredes hoc casu potius vendere, quam dividere videntur. *Magnif. Dn. Carpz. p.2. C.39. def.25. per tot. \* Quod & eo magis in hoc casu verum est, si quidam liberorum cohæredum ab intestato succedentium, post factam divisionem, alterius portiones hæreditarias emit, aliove modo acquirit, quia divisione facta cohæres habetur pro extraneo, & rupta Investitura per divisionem, acquisitio pro parte altera nova censetur. Magnif. Dn. Franzk. b. m. rr. de laudem. cap. 8. num. 56. add. Magnif. Dn. Carpzov. p.2 C.39. def.26. ubi ampliff. Dnn. Scabb. Lips. in causa Hausen Wolffens von Gleichen/ Mens. April. An. 1605. ita respondisse refert: Haben zweu Brüder ihres Vattern Güter unter sich vertheilet / worauff der Jüngste dem Aeltesten die liegende Gründe umb 200. Fl. wiederumb abgekauft. So seynd ihr von Käuffern solcher Güter wegen Zehn wahr zu fordern wol befugt/ v.R.w. 16*

\* At quid juris, si à Patre vel Matre uni ex liberis pro certo pretio res allodialis immobilis in ultima dispositione sive successione dativa assignata, an ipse nostram Investituram petere ejusvè laudemium exsolvere debeat? Quod haud affirmandum videtur, quia hoc in casu præsumi potest, quòd Parentes liberis ut liberis intuitu successionis solum prospexerint, &

non



non tam vendiderint, quam ex partibus inæqualibus divisionem quasi fecerint, imò & filiationem magis, quàm merita respexerint, quæ in dubio præsumi debeat. *Molin. in Consuet. Paris. §. 27. num. 1. Quam ob præsumptionem etiam Ampliff. Dnn. Scabb. Lipsienses in causa M. Andree Cottens, Pastoris zu Lausfig / Mens. Octobr. An. 1633. ita responderunt.* Hat Christoph Bmlauff in Bessenn dreier Zeugen seines Gutes wegen unter seinen Kindern Verordnung gethan / und dasselbe seinen beiden Töchtern umb 100. Fl. zuschreiben lassen / auch darneben ihnen etwas vor den andern Erben zu voraus vermacht. So seyn bemeldte Töchter von dem Väterlichen Gute / gestaltten Sachen nach / ein ges Lehngeld zu geld zugeben nicht verpflichtet / v. R. w.

17 \* Attamen quia Constitutio Electoralis i. tit. von der Lehnwahr / inter certis de causis non publicatas, generaliter loquitur, in verb. Solche Lehnwahr ist auch ein jeder der nicht durch einen Kauff / sondern *ex titulo lucrativo* das Gut erlanget / als so es ihm geschendet / oder in einem Testament vermacht wird / zuerlegen pflichtig / merito & ea generaliter accipienda, & de jure Electorali Saxonico dicendum, quòd omnis hæres, ob bona allodialia immobilia, in quavis ultima dispositione sive successione dativa, certo pretio assignata, nostram Investituram petere, ejusvè laudemium exinde solvere teneatur, quia in hac dispositione quasi alienatur, & nov9 possessor titulo lucrativo rem acquirit. *add. Coler. p. 1. decis. 33. num. 29.*

Magnif. Dn. Carpzov. p. 2. C. 39. def. 19. ubi hujus textus generalitatem in causa *Vilhelmi à Kuzlebens in Straußburg / Mens. Septembr. Anno 1617. Ampliff. Dnn. Scabb. Lips. in pronunciando ita observasse refert.* Daß im Fall / davon in euer Frage gedacht wird / als wann einer *ex titulo lucrativo* ein Gut erlanget / so ihm in einem Testament vermacht wird / der neue Possessor, Vermöge der Rechte / Lehnwahr zuerlegen pflichtig / und weil auß der überschickten Copien zu befinden / daß euers gewesenen Unterthanen verlassenes Gut seinen Erben durch ein Testament zukommen / so seynd sie die Gebührliche und gebräuchliche Lehnwahr des Orts zugeben und zuentrichten schuldig / v. R. w. \* Et quidem quod hæredes descendentes sive liberos attinet, licet ipsi in priori Parentum Investitura sint comprehensi; *Const. Elect. haud publice edita i. tit. von der Lehnwahr / sæpius allegata §. deß gleichen. ibi.* wann der Besizer Zins, oder Erbman stirbet / und lasset Kinder / so seynd dieselbe Lehnwahr zu geben nicht schuldig weil sie in der vorigen Investitur begriffen. *Hartm. Pistor. p. 1. q. 50. n. 59.* Magnif. Dn. Franzk. b. m. tr. de laudem. cap 8. num. 28. interim tamen quando à Parentibus res allodialis immobilis uni vel pluribus in ultimâ dispositione pro certo pretio assignatur, quasi ob pretii & recompensationis intuitum vendere & alienare videntur Parentes, titulo que lucrativo rem in illos transferunt. *Diss. Magnif. Dn. Carpz p. 2. C. 39. def. 27.* \* Quod & in hoc obtinet, si à Parentibus adhuc viventibus liberis res allodiales im-



mobiles venduntur, donantur, aliove modo alienationis, excepta permutatione, conceduntur, ubi ipsi liberi merito nostram Investituram illarum rerum petere, ejusve laudemium solvere tenentur, nisi Statutum expressum & consuetudo inveterata aliud suadeant, quia in hac alienatione Parentes liberis tanquam extraneis folius pretii & recompensationis respectu rem concedunt. *Andr. Tiraquell. de retract. §. 32. gloss. un. num. 46. Surd. decis. 343. num. 7. Magnif. Dn. Franzk. d. tr. de laud. cap. 20. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 39. def. 19. num. 2. 3. 4. & 5. \** Porro hæredes ascendentes tam in successione legitima quam dativa nostram Investituram quoad res allodiales immobiles hæreditarias petere, ejusque laudemium solvere debere, nemo non ambiget, quia in eos ipso jure dominium non transfertur, *Coler. p. 1. decis. 23. num. 24. & 25. neque in priori Investitura comprehensi sunt, uti & recte hanc in rem Ampliff. Dnn. Scabb. Lips. ad consultationem Hansen Wolffen zu Rostitz / Mens. Febr. An. 1634. responderunt: Hat euer Unterthaner Nicol Gauditz sein hinterlassenes Bauer gut / dem Ampts. Brauch nach / zum halben Theil auff seine Tochter / und die andere Helffte auff die Wittib gebracht und verfället; Nach der Tochter Tod aber ist das ganze Gut der Mutter allein zu kommen. So ist auch die Mutter das ganze Gut von euch in Lehn zunehmen / und die gebräuchliche Lehnwahr davon zu entrichten schuldig. \** Collateres & extraneos hæ-

redes quod tandem spectat, de illis nullus dubitet, quod ipsi etiam in successione legitima & dativa, in rebus allodialibus immobilibus hæreditariis, ob Constitutionis Electoralis tit. von der Lehnwahr / læpius allegatæ expressa verba, nostram Investituram petere ejusve laudemium solvere sint obstricti; *cujus constitutionis verba sic sese habent: Wann aber keine Kinder sondern Freunde Seitwärts verwand / als collaterales und extranei vorhanden / auff welche das Gut verfället / dieweil das Dominium in dieselbe ipso jure nicht continuiert, noch gebracht wird / so seynd sie auch die Lehnwahr zu geben pflichtig. add. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 39. def. 20. \** Hactenus ex læpius allegata Constitutione Electorali (quæ prima inter nondum editas & publicatas, totaque cynosura una cum decisione Electorali nova 61, hujus materiæ est,) dicta quoad nostram Investituram ejusve laudemii præstationem quidem vera sunt, si Statuto aut Consuetudine cujusque loci haud aliud expresse introductum. Alioquin si ex Statuto speciali, vel etiam Consuetudine saltem, Investitura nostra ejusque laudemium à liberis succedentibus exigatur, aut tanto tempore exacta fuerit, quo præscriptio tricennalis Saxonica inducatur, *Berlich. part. 2. decis. 171. tunc deinceps ob hanc approbatam exactiorem & patientiam ea ab ipsis peti & exigi possit, hocque in pronunciendo obser-*

22



observari debeat. *Magnif. Dn. Carpz. p.2. C.39. def.29. & lib.1. Resp.88. n.7. & 8.* \* Hinc si è vi Statuti expressi aut Consuetudinis approbatæ à liberis conjunctim succedentibus nostra Investitura petita, ejusvè laudemium exsolutū sit *die gesambte Lehn und Lehnwahr* / quæri debet, si postmodum illi bona & allodium inter se quoad portiones dividant, num singuli in communione adhuc viventes denuò pro suis portionibus ad Investituram petendam ejusvè laudemium exsolvendum, *der sonderbahren Lehn und Lehnwahr* / sint adigendi? \* Multi sanè

24 Magistratus cives & subditos exactio-  
ne Investituræ ejusvè laudemii præ-  
statione insolitâ gravantes, id sibi  
persuasum habent, Statutum & Con-  
suetudinem in genere approbatam,  
pro lubitu ad casus speciales quos-

25 vis jure extendi posse. \* Sed hoc so-  
lùm ob proprium lucrum & marsu-  
pii impletionem, non verò civium &  
subditorum commodum seu prospe-  
ritatem, pessimè fit; nam Statutum &  
Consuetudo hujus casus contingentis  
debet in specie probari, quia Investi-  
tura ejusvè laudemii præstatio odio-  
sa, Statuta verò & Consuetudines  
strictissimi juris, quæ si in individuo  
non probentur, ad casus similes &  
alios neutiquam extendi debent. *arg. l.14. l.37. l.38. ff. de legib. add. Magnif. Dn. Carpz. p.3. C.20. def.11. num.6. & 7. Magn.*

*Dn. Struv. synt. jur. civ. ex.2. th.50. & synt. jur. feud. cap.1. aph. ult. Gail.2. obs.33. num.4.* Remanet ergo hic passus Inve-  
stituræ separatae *der sonderbahren Lehn*  
in terminis juris Saxonici communis,  
ubi ipsa Investitura ejusvè laudemii  
præstatio ex divisione à liberis non  
debet peti; sufficit enim liberos onere  
Investituræ pro successione *der ge-  
sambten Lehn* / contra jus commune  
Saxonicum gravari, quo ipso Investi-  
tura separata *die sonderbahre Lehn* /  
potius excludenda, quam admitten-  
da, ne duo singularia & exorbitantia  
concurrant. *Const. Elect. sepius allegata tit. von der Lehnwahr. ibi* Außerhalb dieser  
Fälle seyn die neuen Besizere *regulariter* Lehn-  
Geld zugebè nicht schuldig. Jedoch müssen sie  
den Lehn Herrn *recognosciren*, und den Schre-  
ber sein gewöhnlich *Einschreibe* Geld erlegen/  
als nemlich / wo ein Gut getheilet wird / und  
ein jeder sein zugefallen Theil besizet. *add. Magnif. Dn. Carpz. 1. Resp.88. n. à 9. usq. ad 16. inclusive. ibiq. Dd. alleg. & p.2. C.39. def.23. & 30.* \* Quare nunc etiam ex  
dictis porro affirmari potest, si Statu-  
tum expressum aut Consuetudo rece-  
pta habeatur, ut liberi omnes hæredes  
in communione permanentes, Inve-  
stituram & generalem, *die gesambte* /  
& specialem, *die sonderbahre Lehn* /  
petere teneantur, quod uno hærede  
in communione adnuc durante mor-  
tuo, reliqui sese in hæreditatis portio-  
ne accreta iterum investiri haud sint  
obstricti, si Statutum expressum aut  
Con-

26

27

Con-



Consuetudo recepta etiam non adfit.

- 28 \* Ubi tamen adhuc notari velim, si quidam liberorum cohæredum uni ex cohæredibus ejusve successoribus suam portionem rei allodialis immobilis gratis resignaverit, wann ein Kind ein nen der andern sein sonderbaher Lehn aufgelassen und geschencket / quod quoad hanc portionem nostra Investitura Statuto expresso aut Consuetudine inveterata deficiente, minimè à cohærede facienda exigi videatur, quia dominium hoc casu inter eos nondum separatum & divisum neq; etiam ratione dominiis liberorum cohæredum, cui pars gratis resignata & cessa est, pro extraneo habendus, qui fratrem aut sororem quasi repræsentat; add. Magnif. Dn. Franzk. de
- 29 *Laudem. cap. 8. num. 59. & seqq.* \* At tamen quia ex titulo vel causa lucrativa hoc ad eum pervenit, merito & ipse de jure nostro Saxonico quoad hanc portionem Investituram petere, ejusve laudemium exsolvere debet. *Constit. Elect. certis de causis non publicata 1. tit. von der Lehnwahr verb. Solche Lehnwahr ist auch jeder / der nicht durch einen Kauff / sondern ex titulo lucrativo das Gut erlanget / als so es ihm geschencket / oder in etnem Testament vermacht wird / zuerlegen schuldig.* add. Magnif. Dn. Carpzov. p 2.
- 30 *C. 39. def. 19 n. 2.* \* Sed cum ex omnibus hætenus dictis constet, quod nostra Investitura regulariter non solum morte ejus domini utilis, cui ipsa con-

cessa, finiatur, sed & etiam ab omnibus hæredibus, exceptis liberis, si Statuto expresso & Consuetudine inveterata hæc ipsis etiam non injuncta sit, quoad res allodiales immobiles ea peti debeat, quæritur, an ipsi hæredes conjunctim unum ex se eligere, vel Curatorem (vulgo *Lehnträger*) constituere possint, qui hanc Investituram petat? \* Quod omnino affirmandum, si modo ipse Magistratus sive iudex consentit, & ejusmodi Curatorem [*Lehnträger*] admittit; eo enim invito hæc per Curatorem peti nequit, uti *Amplif. Dn. Scabiui Lipsienses ad consultationem H. N. Mens. Dec. Anno 1607. responderunt. Das ein jeglicher seinen Antheil in Lehn zu nehmen / und der Lehn Herr P. von R. einen Lehnträger zuzulassen / nicht schuldig / B. R. W.* quia illi hæredes, qui hanc Investituram in propriam personam non accipiunt, sed Curatorem constituunt, Magistratum sive iudicem quodammodo contemnere videntur: Imo & aliàs notum, quod Magistratus ex Investituræ petitione magnam sentiat commoditatem ob laudemii præstationem, quæ sanè ei auferretur, vel saltem diminueretur, si ipse Curatorem admittere teneretur, quia hæc Investitura tamdiu durare præsumitur, quamdiu Curator videtur vivere. \* An & ipsi hæredes à Magistratu cogi possunt, ut ipsi ad Investituram petendam unam ex se eligant, vel

31

32

33



vel Curatorem (Lehnträger) constituant? Nego, quia illi in propria personâ intervenire possunt, & ipsorum hæredum interesse maximè hic versatur; si enim plures sunt, qui rem allodiale[m] immobilem pro certis divisis portionibus possident, & ejus domini sunt, mortuo uno ejus hæredes duntaxat portionem defuncti recognoscere, & pro eâ Investiturâ petere ejusve laudemium solvere debent, *uti & Amplius. Dnn. Scabb. Lipsienses ad consultationem Basilii Rindes und Consorten zu Prinstelwitz / Mens. Jan. An. 1616. responderunt: Hat Blasius Rind/ wie er mit Tode abgegangen/ drey Acker/ Holz und Wiesen / so Martin von Heldorf zu Rirtzsch zu Lehen rühren / auff euch und euren Bruder Erasmus, als seine beyde Söhne / gebracht und verfallt/ und ihr habt bald nach euers Vaters Absterben bey gemeldten von Heldorf die Lehen gebeten/ und das gebräuchliche Lehngeld entrichtet / darauff er euch in gesamt die Lehen gereicht und mitgetheilet: Und es hat sich hernach begeben und zugetragen / daß euer Bruder Erasmus auch Tod: s verbliehen/ und drey Söhne nach sich verlassen/ welche wegen des halben theils an berührten drey Acker/ Holz und Wiesen / so von ihren Vater auff sie kommen, die Lehen gesucht / nach mehrer Inhalt euer Fragen. So ist der Lehenherr/ gegen entrichtung der gebührenden Lehnwahrre / ihnen in gesamt die Lehen mitzuthellen schuldig / und sie mögen einen Lehnträger unter sich zu verordnen nicht gedrungen werden/ B. R. B. \* Secus sese res habet, si Curator moritur, tunc omnes quoad totam rem allodiale[m] immobilem Investituram petere, ejusq; lau-*

demium solvere debent, *veluti iterum Amplius. Dnn. Scabb. Lipsienses Mens. Octobr. Anno. 1615. ad consultationem G. H. und Consorten responderunt: Habt ihr un̄ eure Mit Erben Georgen Neumann zu R. zum Lehnträger verordnet / und von R. von B. Anno 608. euer anererbte Güter in Lehen nehmen lassen/ und es hat sich begeben / daß abgewickenes 1613. Jahres gedachter Neumann mit Tode abgegangen / so sendt ihr die Lehen von neuen zu suchen / und die gebräuchliche Lehnwahr zu entrichten schuldig / B. R. B. add Berlich. part. 1. decis. 22. num. 2. & 3. & decis. 68 num. 5. & 13. \* Sed si Curator (der Lehnträger) adhuc in vivis sit, & ejus principalis sive dominus rei allodialis immobilis utilis mortuus, quid juris hoc in casu sit, quæri debet, an ejus hæredes Curatore adhuc vivente ipsius rei Investituram petere, & laudemium inde solvere teneantur? Quod omnino affirmari debet, quia hic Curator nihil aliud est, quàm mandatarias, *Berlich part. 1. decis. 22. num. 4. cujus mandatum morte Domini principalis finitur. l. 15. C. mand: Hanc in rem etiam Amplius. Dnn. Scabb. Lipsienses ad requisitionem Heinrich von Bchteritz auff Medowitz / Mens. August. An. 1616. ita responderunt, quod hæredes Curatore adhuc vivente, in rebus allodialibus immobilibus hereditariis nostram Investituram petere, ejusve laudemium solvere teneantur, quæ sententia sic sese habet: Hat L. von M. zu Schwandorff sein Gut / so unter euren Berichten lieget / und von euch zu Lehen rühret / durch einen Lehnträger zu Lehen nehmen lassen / und kurz verrückter Zeit verstorben. Ob nun wohl der Lehnträger noch am Leben / und die Lehen seiner Person halber**

nicht



nicht erloschen dieweil aber dennoch das Gut ihm nicht zuständig / er auch dasselbe nicht für sich / sondern wegen gedachtes L. von M. in Leben genommen: So sind auch L. vom M. hinterlassene Erben / ihres Vatern Gut wieder in Leben zunehmen / und das gewöhnliche Lehengeld zu entrichten schuldig / B. R. W.

35 \* Quod & obtinet in venditione rerum allodialium immobilium, quarum Investitura per Curatorem adhuc viventem petita & accepta, in qua ob veram alienationem novus possessor seu dominus emptor aut per se aut per alium, er selbst oder durch einen andern Lebenträger / Investituram petere debet, ut eleganter tradit, & ita Amplif. Dnn. Scabb. Lipsenses ad requisitionem Joh. Kastenbauers in Steuditz / Mens. Maj. Anno 1564. respondisse testatur Modest. Pistor. part. 4. quest. 133.

36 \* Nunc coronidis loco quædam de mutatione DNI DIRECTI & UTILIS, (quæ distinctionem doctrinæ causâ retinere convenit) superaddere placet, an & horum mutatione nostra Investitura semper finiatur. \* Et quidem quod DOMINUM DIRECTUM rei allodialis immobilis attinet, dicendum illum non facile in Civitatibus mutari posse, quia Magistratus sive Senatus Civitatum perpetuò durare videntur, licet ejus personæ actu regentes singulis annis ob novam ejus introductionem in der jährlichen neuen Rathsveränderung und Aufführung quodammodo mutantur, interim tamen ob

hanc mutationem nostra Investitura in domino rei allodialis immobilis utilis, cui ea concessa est. minimè finitur, quia hæc mutatio allodialis domini utilis possessionem & dominium non invertit. \* Quod & in Pagis etiam sic sese habet, si mutatio in persona Nobilis seu Domini directi accidit, quando scilicet vel successionem in locum demortui ejus filii aut fratres succedunt, vel contractu aliove modo alienationis jus directi domini à se alienatur, ubi nostra Investitura in domino rei allodialis utili ante à antecessore concessa, laudemioq; exinde soluto, finita dici nequit, ob expressam in nostris terris Electoratus Saxonici sanctionem quoad laudemii exactionem prohibitam, Constit. El. S. 1. tit. von der Lehenswahr / nondum certis de causis publicata, sed seorsimè allegata, vers. wann der Lehenherr stirbet / oder das Gut verändert / so soll kein Lehenwahr gefordert oder gegeben werden / adde. Berlich part. 2. decis. 171. num. 1. quæ etiam ad Investituræ petitionem extendenda, quia hoc casu possessor Domini utilis non mutatur, merito & novâ introductione sive Investiturâ in possessionem & utile dominium, propter quod laudemium debetur l. ult. C. de jur. emphyt non est opus. \* Interim tamen si nova introductio seu Investituræ renovatio laudemiiq; exactio consuetudine inveteratâ in pagis introducta, meritò & hæc observari debet.

Magnif.



Magnif. Dn. Carpz. 1. Resp. 88. num. 21.  
 40 & 22. *ibiqz alleg.* \* At si Investituræ re-  
 novatio à novo Domino rei allodi-  
 alis immobilis directo ob Consuetu-  
 dinem petitur, ejus & laudemii exa-  
 ctio specialiter quoq; exinde proban-  
 41 da est. \* Porro hic notari velim, li-  
 cet Consuetudo in pagis introducta  
 habeatur, ut à succedentibus Domi-  
 nis directis renovatio Investituræ  
 conjunctim petatur, laudemiumq;  
 exinde solvatur, quod ea denuo pe-  
 tenda non sit, si illi succedentes Do-  
 mini directi castra dividant, domini-  
 umque directum uno in castro quo-  
 ad res allodiales immobiles uni ce-  
 42 dant. \* Nam si Dominus rei allodia-  
 lis immobilis directus decedit, pluri-  
 bus relictis filiis, vel quod idem est,  
 fratribus, qui in communi possessione  
 castrorum, à Patre vel Fratere reli-  
 ctorum, à dominis rerum allodialium  
 immobilium utilibus sive subditis re-  
 novationem Investituræ, ejusvè lau-  
 demium inde exigunt, & postea  
 brevi temporis spatio Castra inter se  
 dividunt, ab illo cui castrum aliquod  
 solum cessum, renovatio Investituræ  
 laudemiiq; solutio iterum exigere ne-  
 quit, quia non sufficit consuetudi-  
 nē in genere probare, sed & in specie,  
 quod scilicet consuetudo in hoc ipso  
 casu speciali, de quo agitur, vigeat.  
*Const. Elect. sæpius alleg. tit. von der Lehen-  
 wahr. vers. wann der Lehenherr stirbet / oder  
 das Gut verändert / oder seine Kinder sich*

theilen / so soll keine Lehenwahr gefor-  
 dert oder gegeben werden. Modest. Pi-  
 stor. part. 1. quest. 37. num. 8. Magnif. Dn.  
 Carpz. 1. Resp. 88. à num. 17. usq; ad 27. inclu-  
 sive, ubi Dd. alleg. \* Ita responderunt Amplif. 43  
 Dnn. Scabb. Lips. ad requisitionem J R. adilis Lip-  
 siensis Mens. August. Anno 1624. Ist Nickel  
 von Hahn zu Kleinzschocher / vor wenig Jah-  
 ren mit Tode abgangen / und hat eine Tochter  
 beneben etlichen Erb- und Lehengütern hinter  
 sich verlassen / die Lehengüter vermöge der  
 gesammten Hand auff seine beyde Brüder  
 Hans Heinrichen / und Otten von Hahnen /  
 das Erbgut aber auff seine hinterlassene Toch-  
 ter verfallt / welsch Erbgut ihr hernach von  
 der Tochter Vormunden an euch erkauft /  
 dasselbe von obgedachten beyden Brüdern  
 Hans Heinrichen und Otten von Hahn in  
 Lehn genommen / und ihnen das gebührliche  
 Lehngeld entrichtet: Ob nun wol der jüngste  
 Bruder Otto von Hahn / nachdem er das  
 Lehngut angenommen / von euch wieder Lehn-  
 geld fordert / nach mehrem Inhalt euer Fra-  
 ge: So send ihr doch in diesem Fall einig  
 Lehngeld / vermöge der Rechte zu entrichten  
 nicht pflichtig / es könnte dann ermeldter Otto  
 von Hahn / wie recht / herweisen und darthun  
 daß des Orts durch eine beständige Gewohn-  
 heit herbracht / und über rechts verwährte  
 Zeit in und allwege / wenn ein Bruder von  
 dem andern das Lehngut erkauft / oder an-  
 nimbt / oder sonsten Veränderung in personā  
 Domini geschehen / von dem Besitzer euers  
 Guts Lehngeld gegeben / und unverbrüchlich  
 als gehalten werden / dessen genosse er auff  
 solchen Fall billich / v. R. w. \* Hactenus 44  
 dicta in mutatione domini rei allodi-  
 alis immobilis directi sic sese habent:  
 Sequitur nunc si Dn9 UTILIS mutatur  
 an propterea nostra Investitura sem-



45 per finiatur. \* Quando in contractu  
purè perfecto & consummato rei al-  
lodialis immobilis mediante nostrá  
Investiturá quis plenus Dominus uti-  
lis effectus, & postmodum hic cum  
eodem contrahente á contractu re-  
cedit, eiq; rem restituit, prima Inve-  
46 stitura est finita; \* Atq; sic, si alter  
contrahens plenus Dominus utilis i-  
terum effici desiderat, nostram Inve-  
stituram ipse petere, ejusvè laudem-  
ium persolvere tenetur, quia Domi-  
nus utilis mutatur, & á contractu se-  
mel perfecto & consummato recedi  
nequit, quin novus inde fiat Contra-  
ctus; arg. l. 2. & 3. ff. de rescin. vendit.  
l. 12. § facti. 2. ff. de captiv. & postlim:  
revers. inde mirum haud esse potest,  
quòd ob dissolutionem subsequutam  
iterum Investitura peti ejusvè laude-  
mium exsolvi debeat. Hartm. Pistor.  
lib. 1. quest. 50. num. 13. Dan. Moller. ad  
p. 2. Const. Elect. 32. num. 6. Magnif. Dn  
Carpz. 1. Resp. 89. num. 1. & 2. Ita re-  
sponderunt ampliff. Dnu Scabb Lips. in  
causá Leonhardi Fischers zu Teüben / Mens.  
Octobr. Anno 1630. Habt ihr euer Bauerant/  
Hansen Reicharten umb eine gewisse Sum-  
ma Geldes káufflichen zugeschlagen / und in  
Leben reichen lassen / davon Káuffer auch das  
Lehengeld richtig erleget / Nachdem ihr aber  
auff beyden Theilen von Kauff wiederumb  
abgestanden / und Káuffer gegen wiederem-  
pfabung des außgezahleten Kauffgeldes / euch  
berührtes Gut wiederumb abgetreten / hat  
der Lehnherr abermahls von euch Lehnwahr

gefordert / ic. So sendt ihr solche geforderte  
Lehnwahr abzurichten schuldig / und habt  
euch gestalten Sachen nach mit eurem Ein-  
wenden / daß nehmlichen der Lehnherr von  
Káufferu einmahl allbereitt Lehnwahr em-  
pfangen / beständiger Weise darwieder nicht  
zubehelffen / B. R. W. \* Quædicta solum-  
47 modò locū habent, si resolutio primi  
cōtractus provenit ex nová cōventio-  
ne sive causá: secus verò si descēdit eā-  
dem ex causá antiquá & necessariá seu  
pacto inhærēte primo contractui per-  
fecto, cui Magistratus mediante no-  
strá Investiturá consensit, laudem-  
iumq; recepit, ubi de novo ejus con-  
sensum sive nostram Investituram  
requirere non est necesse; \* veluti in  
pacto retrovenditionis accidit, in quá 48  
retrovenditione nostra Investitura  
repeti ejusq; laudemium iterum ex-  
solvi non necesse est. Moller. 4. semestr.  
3. num. 2. & 4. \* Nam si Magistratus  
nostram Investituram adhibet, reci- 49  
pitq; laudemium in primo contractu,  
simul & ipse causam illam, ex quá vi-  
delicet secundus contractus, nempe  
retrovenditionis descendit, compro-  
bat; atque inde simul pro secundo  
contractu, qui in primo tanquam  
pars ejus inclusus fuit, Investituram  
adhibuit laudemiumq; accepit: ut  
sic absolum foret, licet dominus uti-  
lis mutetur, contrahentes id, de quo  
prius convenerunt, & jam Investitu-  
ram adhibuerunt laudemiumq; ex-  
solverunt, in effectum producentes,  
novo



novo onere gravari. Magnif. Dn.  
 Carpz. p. 2. C. 1. def. 23. & lib. 1. Resp.  
 89 num. 3. 4. 5. \* Attamen reemptor,  
 50 disoluto contractu ob pactum retro-  
 venditionis, primo emptori, omne il-  
 lud, quod pretii & laudemii nomine  
 in primâ venditione datum, restituere  
 obstrictus est; Arius Pinell. in repetit.  
 l. 2. C. de rescind. vendit. part. 2. cap. 3.  
 num. 37. & 38 Moller. 4 Semestr. 4.  
 num. 4. nam quicquid rei emptæ cau-  
 sâ ab emptore erogatum est, modò  
 non spontè, id restituendum disolu-  
 tà venditione; l. 27. in fin. ff. de edil. e-  
 dict. ad in contractu emptionis cum  
 pacto de retrovendendo puro atque  
 perfecto, non conditionali, Magnif.  
 Dn. Carpz. p. 2. C. 1. def. 23. num. 2.  
 necessariò adhibendam fuisse nostrâ  
 Investituram ejusve laudemii exsolu-  
 tionem, nemo non videt, qui absque  
 eî venditio ad plenum dominium  
 transferendum haud contrahi potest.  
 \* Igitur disoluto contractu, uterque  
 51 nihil amplius consequi debet, quàm  
 haberet, si venditio facta non fuisset.  
 l. 23. §. 1. ff. de edit. edict. Unde quòd hacten-  
 us dicta vera sint, Amplif. Dn. Scabb. Lipsi-  
 enses Thomæ Weissen zu Rammelburg / Mens.  
 Mart. An. 1633. sequenti sententiâ ita respon-  
 derunt: Hat bemeldter Käuffer als er  
 den Garten wiederkäufflichen angenom-  
 men / dem Lehn. Herrn die gewöhnliche  
 Lehnwahr entrichten und abstatten müs-  
 sen. Ob nun wol antzo der Lehn. Herr /  
 nach deme ihr vermöge des Wieder-  
 kauffs selbigen Garten gelöset / von euch als

Wiederkäuffern / abermals Lehnwahr zuser-  
 dern gemeinet. So möget ihr doch einige fer-  
 nere Lehnwahr zuentrichten nicht angehalten  
 werden. Ihr seyd aber Käuffern gleichwol das  
 jenige / so er hiebedor zur Lehnwahr entrich-  
 ten müssen / zugleich nebenst der Kauff. Sum-  
 ma wieder zuerstaten schuldig / V. R. W.  
 \* Sed hic notari debet, si res allodi-  
 lis immobilis sub pacto retrovenditi-  
 onis emptâ sit, & post nostram In-  
 vestituram cum venditore emptor  
 superaddito pretio convenerit, ut res  
 absq; onere vel pacto retrovenditio-  
 nis tota & libera ei permittatur, quod  
 tunc insuper pro pretio addito laude-  
 mium solvendum sit. Bald. in l. ab  
 emptore. 59. ff. de pact. num. 9. vers. ter-  
 tio casu est. & in eandem legem Jason s  
 num. 16. in fin. nec non Paul. de Castro,  
 num. 10. vers. nisi fiat per modum. Nicol.  
 Boer. decis. 76. incip. & primo videtur.  
 num. 11. ibi: Sed quid an ex istâ. & seq.  
 Berlich. part. 1. decij. 53. ubi Amplif. Dn.  
 Scabb. Lips. An. 1608. ita respondisse re-  
 fert: Habt ihr von Peter Andreaffen ein  
 Guth auffn Wiederkauff / umb 650. Fl. er-  
 kauft / und nach dem derselbe es wieder ein-  
 lösen wollen / euch mit ihm verglichen / daß  
 er euch solch stück Guth gar Erblichen gelas-  
 sen / deswegen ihr ihm noch 160. Fl. heraus  
 gegeben / so seyd ihr dieser Uebermaß wegen  
 euerm Lehen. Herrn daß gebührliche Lehn-  
 geld zu entrichten schuldig / V. R. W. \* Hæc 53  
 quoq; de Domini rei allodialis im-  
 mobilis utilis mutatione in rescissio-  
 ne contractus jure perfecti, quoad  
 nostram Investituram finiendam,



dicta sunt: Sequitur nunc & ejus mutatio in contractu conditionaliter imperfecto, & retrò ipso jure invalido & nullo, vel ad non causam reducto. \* In contractu ob conditionem expressam imperfecto nostra Investitura tamdiu haud finita est, quamdiu conditio non adimpleta, quia hoc in contractu imperfecto non transferri potest Dominium, priusquam conditio eveniat impletaq; sit; *Bart. in l. si ex duobus. §. sed & Marcus. ff. de in diem addict. proptereaq; emptor ante eventum conditionis ad nostram Investituram rei emptæ petendam non est adigendus, multominus & laudemium ab eo exigi potest, quod solum post translationem domini pro novâ scilicet Investiturâ solvitur. l. ult. C. de jur. emphyteut. add. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 39. def. 11. num. 1. & 2. & def. 14 per tot. \* Hæc dicta quoq; obtinent in contractu tacitam & implicitam conditionem in sese habente, quando videlicet vel ex capite restitutionis in integrum, vel ex beneficio l. 2. C. de rescind. vend. vel quocunq; etiam modo, contractus retrò ad non causam reducitur, & pro nullo & invalido declaratur; Ubi venditor re iterum recuperatâ ad nostram Investituram celebrandam ejusvè laudemium exsolvendum non est adigendus, quia causa ex quâ immediatè nostra Investitura fluit, reso-*

luta & nulla est: Fundatur enim hæc in contractu, cujus conditiones & qualitates omnes ipsa recipit; Ergò & contractu invalido & nullo existente, cessabit etiam petitio Investituræ ejusvè laudemii exactio, quæ sine fundamento subsistere nequeunt. *Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 39. def. 16. §. lib. 1. Resp. 89. per tot. \* Hinc si venditor ex l. 2. C. de rescind. vendit, contractum rescindit, ei ab emptore ex mente plurimorum Interpretum cum re ipsâ fructus retrò omnes restituendi, arg. l. 1. C. si maj. fact. alienat. fact. sine decret. quia omnia perinde fieri debent, ac si nihil alienatum fuisset; l. 38. §. 3. ff. de usur. l. 1. §. 12. ff. si quid in fraud. patr. l. 15. l. 65. §. 5. ff. de condict. indeb. nisi emptor id, quod justo pretio deest, ex facultate suâ, quam habet, d. l. 2. verb. vel si emptor elegerit. ubi Gothofr. lit. d. C. de rescind. vendit. Hartm. Pistor. part. 1. quest. 23. num. 1. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 34. def. 7. suppleat; \* Ubi tamen ultrâ id, si Investitura facta & laudemii nomine quid ab emptore exsolutum, pro residuo & suppleto pretio etiam Magistratus laudemium exigere potest. *Molin. in Consuetud. Paris. §. 33. num. 44. Magnif. Dn. Franzk. p. m. de laudem. cap. 16. num. 405. & seqq. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 39. def. 16. num. 12. & 13. \* Sed si emptor ex l. 2. C. de rescind. vend. (quod beneficium in emptoris & ven-**

&amp; ven-



& venditoris personam locum habet, *Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 34. def. 8.*)  
 contractum resolvere intendit, ut  
 venditor rem recipere cogatur, tunc  
 ipse, si nostra Investitura nondum  
 celebrata, processu adhuc durante ad  
 eam celebrandam non potest cogi,  
 usq; ipse est finitus; \* Si vero ante  
 59 processum motum ea facta, finitur ip-  
 sa Investitura cum processu, si ven-  
 ditor rem recipere cogitur; Interim  
 tamen hoc casu ex ea jam exsolutum  
 laudemium a Magistratu ei restitui,  
*l. 1. l. 2. ff. de condict. ob caus. Molin. ad  
 Consuetud. Paris §. 22. num. 33 Magnif.  
 Dn. Carpz. 1. Resp. 89. circa fin. nec a  
 venditore nec ab emptore ex hac re  
 scissione laudemium exigi & solvi de-*  
 60 *bet, licet Investitura sit facta. \* Atq;*  
*sic etiam responderunt Amplius. Dnn. Scabb.  
 Lips. in causa Caspari Moschers zu Ein-  
 da/ Mens. Jun. An. 1627. Ob ihr wol Adam  
 Lauben euer Bewehr Gut umb etne gewisse  
 Kauffsumma zugeschlagen/umb das Geld von  
 ihm allbereit angenommen/da ihr aber den-  
 noch euren vorgeben nach *ex beneficio l. 2 C. de  
 resc. vendit. obbemeldten Kauff umbstossen/  
 Käufer auch den rechten Werth des Kauff-  
 geldes nicht erfüllen / sondern euch das Gut  
 wiederumb abtreten würde/ ic. So möchtet  
 weder ihr noch Käufer dikkals den Lehen-  
 herrn etnige Lehnwahr zuentrichten angehal-*  
 61 *ten werden/ B. N. W. \* Nunc & de  
 Domini rei allodialis immobilis uti-  
 tis mutatione quoad nostram Investi-  
 turam finiendam hactenus dicta sic  
 sese habent, si Consuetudo & Statu-**

tum deficit. \* Interim tamen, quando 62  
 res allodiales immobiles inter sese  
 permutantur, hic peculiariter de jure  
 Electorali Saxonico notari velim,  
 quod hac in permutatione Dominus  
 utilis quidem mutetur, nostraq; In-  
 vestitura ea finiatur, propterea tamen,  
 si ab utraq; parte iterum ipsa petatur,  
 laudemium exinde haud solvendum  
 sit, nisi pro pecuniâ rei permutatæ so-  
 lum additâ. *Const. Elect. non publicatâ.  
 tit. von der Lehnwahr. 6. Wo auch die Güter  
 durch Permutation und Umbwechselung ver-  
 endert / so gebühret dem Herrn keine Lehn-  
 wahr/ da aber Geld mitzugeben wird/ davon  
 hat man Lehnwahr von dem Besitzer zufor-  
 dern. add. Guid. Pap. decis. 29 inpr. Nic. Böer. decis.  
 263. n. 1. Magnif. Dn. Carpzov. p. 2. C. 39. def. 5.*  
 \* Hæc etiam sese ita habent, quando 63  
 res allodialis immobilis in dotem da-  
 tur, rejectâ Doctorum distinctione,  
 quod scilicet saltem in dote adventi-  
 tiâ, non verò profectitiâ, quæ ex pa-  
 tris substantiâ proficiscitur, nostra  
 Investitura peti debeat, quia hæc de-  
 bitæ successionis præoccupatio sit;  
 \* Interim tamen quia titulo lucrativo 64  
 hæc bona allodialia immobilia ad li-  
 beros perveniunt, & alienatio vera  
 intercedit, (cujus Dominium verè ac  
 naturaliter in dotatam mulierem, non  
 verò maritum transit, *l. 30. C. de jur.  
 dot. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 42. def. 19.  
 per tot.*) meritò & nostra Investitu-  
 ra peti debet. \* Sed cum hæc a- 65  
 lienatio necessaria, quia publicè in-  
 terest



terest mulieres nubere, illisq; dotes constitui, quo commodè maritos invenire possint, l. 2. ff. de jur. dot. ac alias ex venditione utilitatis publicæ causâ factâ laudemium Magistratibus denegatur; Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 39. def. 18. per tot. statuit Serenissimus Elector noster Saxonix, ut in dotis datione laudemii exactio cesset. Const. Elect. sæpius alleg. tit. Von der Lehnwar. §. Also auch / wo ein Vater seiner Tochter / die er aufsteuret / ein Gut mit gibt / ist sie oder ihr Mann Lehngeld zugeben nicht schuldig / un wiewol dieses etliche limitiren / wann der Vater sonst' andere Güther gehabt / davon er die Tochter aufsteuren könnte / daß d'ßfalls die Lehnwahr zugeben sey / so seynd doch unsere Berordnete nmb obgedachter Ursachen willen einig / daß es dem Rechten gemässiger und billiger sey / d'ßfalls in d'ßfall keine Lehnwahr zu nehmen. \* Tandem etiam TEMPORE nostrâ Investituram finiri, quidam autumant, quando videlicet novus emptor seu possessor rei allodialis immobilis intrâ annum & diem nostram Investituram non petit, quòd ipse hoc elapso tempore ulterius non audiri, sed re ob nō petitam Investituram privari debeat, uti etiam Jcti judicii curiali Wittebergensis, Mens. Sept. An. 1622. ad consultationē Alexandri von Mültzuff Schenckenberg / pronunciarunt: Hat der Rath zu Deitzsch eine Wassermühle zu Naundorff liegen / in welcher auch die Gerichte oberst und niederst / so wol das Lehnzuständig: So nun des Raths bestetigter gewisser Lehuträger ver-

storben / und vom Rath innerhalb gebührender Jahresfrist / das Lehn anderweit nicht gesucht worden / auch warumb es verblieben / keine rechtmässige Brsach angezogen werden mag / so hat sich ermeldter Rath daran veräußmet / ihr send aber solch Lehnstück selbst anzunehmen nicht befugt / sondern den Rath darentwegen zuförderst ordentlicher Weise anzuklagen schuldig / B. R. W. \* Ex quâ sententiâ etiam videndum, quòd, si 67 possessor rei allodialis immobilis intrâ annum renovationem Investituræ non petierit, Magistratus sive Dominus directus contrâ eam ad privationem vel aliam pœnam agere possit, quæ accusatio coram suis Scultetis & Scabinis paganis institui potest. add. Berlich. part. 2. concl. 199. \* Hæc verò sen- 68 tētia nullâ aliâ de causâ ita lata, quàm quòd tanto temporis spatio vasallus in rebus feudalibus renovationem Investituræ petere teneatur. 1. feud. 22. 2. feud. 24. Magnif. Dn. Struv synt. jur. feud. cap. 10. aph. 7. \* Sed hæc illatio 69 ì feudalibus ad allodialia in pœnali- bus ceu odiosis, quo & privatio rei allodialis immobilis referenda, neutiquam locum habere potest: arg. c. odiosa. de R. J. in 6to. non enim ob intermissam Investituræ petitionem possessor re est privandus, quia lex expressa, sine qua nemini jus suum auferri debet, deficit. add. Berlich. p. 1. decis. 68. \* Interim tamen pœna 70 arbitraria, carceris aut mulctæ pecuniariæ ob negligentiam petitionis Investit

vel  
stra  
for  
gn  
G  
plis  
Eh  
An.  
etlic  
güt  
deS  
Abf  
nich  
dur  
nich  
wol  
10. S  
umb  
71 v. M  
for,  
â M  
allo  
res  
dest.  
tun  
peti  
allo  
Ma  
git.  
ult.  
72 C. d  
men  
dié t  
nico  
alien  
strat  
res v



vestituræ, quæ contemptum Magistratus annexum habet, ipsi possessori justissime imponi potest. Magnif. Dn. Carpz. 1. Resp. 86. num. 7. 8. & 9. & p. 2. C. 38. def. 20. ubi Amplif. Dn. Scabb. Lips. in causâ Wolffens Ehrenfrieds von Madstock / Mens. Jun. An. 1624. ita respondisse refert: Ob wol etliche euer Bunterhanen / so ihre Erb Zinsgüter von euch zu Lehn haben / auff begeben / de Fälle / nach ihrer Eltern und Vorfahren Absterben / binnen Jahr und Tag die Lehn nicht gemuthet / So haben sie sich doch dadurch der Güther / gestalten Sachen nach / nicht verlustig gemacht / sie werdē aber gleichwol derowegen Willkürlichen / entweder ein 10. Tage lang mit Gefängniß / oder ein jeder umb 3. neue Schock in Straff genommen / v. R. w. \* Sed si novus hic possessor, antequam & ipse Investituram à Magistratu petiit, alii denuò rem allodiam immobilem vendit, tunc res merito in commissum cadit, Modest. Pistor. p. 4. quæst. 133. num. 5. quia tunc privatio non tam propter non petitam Investituram, quam quòd res allodialis immobilis sine consensu Magistratus fuerit vendita, contingit. l. ult. vers. & si quidem invest. vers. ult. in fin. ubi Jason. Bald. & Dd. commun. C. de jur. emphyteut. \* Interim tamen hic concludendum, vix dari hodiè talem casum in foro nostro Saxonico, quo res allodialis immobilis ob alienationem sine consensu Magistratus factam, amitti possit, quia hæc res verè & efficaciter alienari, ejusq;

Dominium transferri nequit, si judicialis resignatio sive renunciatio proprietatis non præcessit nostraq; Investitura non insecuta sit, uti suprâ annotatum, & ex toto hoc Tractatu apparet. \* Si ergo Magistratus sive Dominus directus resignationem fieri patitur, nemo opinor ejusmodi alienationem irrequisito Magistratu factam esse affirmabit, sicq; privationem rei allodialis immobilis ob irrequisitum Magistratum in alienando cessare, nemo non videbit. add. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. C. 38. def. 13. per tot. \* Sic demum & ego tempore finem hujus Investituræ conspexi In- genuè fateor, Lector amice, multa latuisse sub hac materiâ, quæ antequam manum huic operi admoverem, non prævideram; Interim tamen tyrocinia non in longinquum differenda, nam quotidie metus crescit, majusq; fit semper, quod ausuri sumus: Et dum deliberamus quando incipiendum sit, incipere jam serum. Quare fructum studiorum viridem & adhuc dulcem promi decet, & tyrocinia ponenda. dum & venia & spes est, & paratus favor, & audere non dedecet: Fab. Quintilian lib. 12. Inst. Orat. cap. 6. proptereaq; si fortè mihi hæc in viâ nondum sat tritâ labi contigerit, spero constanter, confidoq; fore, Prudentes, quibus pectora ad ignoscendum semper proclivia id, ætati ju- veni



nili condonare; Censores verò æqui & in affectati humanitati, quam ignorantia & error quam proximè sequitur, adscribere; *πάμποτε ἄμωμῶς ἔπις*. Interim tamen jam obsoletis *γλαυκίων οἶον* incubare non convenit, namq; in arduis quoq; est

quoddam prodire tenns si non datur ultra. ADJUTOR MAXIME JEHOVA! Tibi nunc grates debentur sempiternæ pro divino tuo adjutorio; Tu & imposterum meis fave cœptis; exaudi! usq; fiet

## F I N I S.

Errata crassiora ob nimiam celeritatem & incuriam in Typographi turbulento statu commissa, velis haud gravatim ita corrigere. pag. 2. col. 1. lin. 5. *pro nulli, lege nullum* & lin. 22. nondum *deleatur*. it. col. 2. lin. 26. & 27. *pro instatus, infestatus*. pag. 7. col. 1. lin. 10. & 11. *deleatur* (, traditione ) pag. col. 1. lin. 29. *suppleatur post* ( 1 ) ipse fundus sive solum & ager; ( 2 ) pag. 12. col. 1. lin. 22. & 23. *deleatur* sua pecore pasci. pag. 15. col. 2. lin. 7. prol. 86. l. 1. pag. 14. col. 1. lin. 24. *post primum ponatur* homo hunc. pag. 26. col. 2. lin. 25. *deleatur* festiam. Reliqua nondum iterum satis revisa & perlecta, Lectori benevolæ Autor committere cogitur.





267

NOBILISSIMO AC CONSULTISSIMO  
DOMINO  
ANDREÆ MEYERO  
JURIUM DOCTORI  
Amico & Competitori suo honoratissimo, dignissimo  
S. P. D.  
D. ROMANUS TELLER

**N**on erraturum me puto, si de hoc tuo Tractatu & Tibi gratulatus fuero, & me mihi gaudere dixero. Tibi quidem potissimum gratulandum habeo, qui perpetuis vigiliis & assiduis laboribus id assecutus sis, ut aeternitati scripta possis mandare tua, & nomen inter illustres ac celebres hujus seculi Auctores jure meritoq; expectes. Sed & mihi gaudendum est non mediocriter, dum vel hic solus ingenii Tui ab omni parte perfectus factus evidentissimo argumento erit, quam exoptatus mihi in ambiendis supremis honoribus Competitor obtigeris. Nam si non temere credimus in nos oculos hominum quadantenus converti, ubi in Clarissimorum Virorum consortio versamur, quid ni multum honori nostro splendoris accedere putemus, si eum cum illis, quorum meritis jam diu votis omnium tributus est, communem tulerimus. Tu, Amicissime, viam, quam ingressus es, persequere alacriter, & ad immortalitatem scriptis eruditis grassari perge. Quid ego posse? Imò, quis sibi non ornamento ducet, suâ manu honoribus debitis tam nobile caput exornasse? Quantum quem puderet, si à Te Honores rogatus ita morosum ac difficilem se præbuisset, ut optimus Candidatus manibus elaboretur? VALE, & ad quamcunq; fortunam evedtus fueris, Tui, Competitoris esto memor.

LIPSIÆ  
Die 12. Decembr.  
1666.



QK 10 687

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Lissa  
Die 11. Decem.  
1888

Wm

m.c





Cum hodiè ferme  
 Provincialia atque  
 Pontificia devincenti  
 detur aberrare, si sta  
 Patria, cui omnia del  
 demum cogatur audi  
 ignorare. l. 2. §. 43. de  
 Judicia, quæ Saxonie  
 ni, ejus tamen æquit  
 rum existimavi, si ha  
 Defensore gloriosoq;  
 tam corroboratamve  
 præter me erutam, &  
 quenda publico Pro  
 Typographi ob defe  
 impetrasse, tum den  
 nimum addes, brevi  
 ratum; simul & M

- Cap. 1. Prolocutione ex
- Cap. 2. De C
- Cap. 3. De R
- Cap. 4. De F  
 illam re
- Cap. 5. De l
- Cap. 6. De l
- Cap. ult. Cor  
 exhibit

propria foveat jura  
 munia Justinianea &  
 ns à rectâ viâ haud vi  
 a conjungit jura, quæ  
 ipse cum pudore  
 jus, in quo versaretur,  
 on: Electoralis omnia  
 auctoritati & sanctio  
 eræ pretium me factu  
 ris moderno summo  
 si postliminio revoca  
 tentis à nemine antea  
 utriusque juris conse  
 Tibi iterum instantiâ  
 Veniam autem à TE  
 is; siquidem & inde a  
 nomicè & politice elabo  
 nscriptam. Vale;

18.  
 & Allodii enoda

i solet.  
 oncedunt, & quæ

stituræ.

vestitura finitur,

Adju

